PERICLES ET PLATO.

INQUISITIO

HISTORICA ET PHILOSOPHICA.

SCRIPSIT

IMMANUEL OGIENSKI

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

VRATISLAVIAE 1838.

TYPIS GUILIELMI THEOPHILI KORN.

Ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

EDUARDO HAENISCHIO

GYMNASII RATIBORIENSIS RECTORI

ET

EDUARDO MUELLERO

IBIDEM PRORECTORI ET PHILOSOPHIAE

DOCTORI

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

PIA DISCIPLINAE MEMORIA

HANC SCRIPTIONEM

DICAT

AUCTOR.

Conspectus scriptionis.

Quid Plato de Pericle iudicaverit, explicare est propositum. Notum est, Periclem a Platone improbum virum civilem aestimatum fuisse. Philosophus rationem philosophicam secutus non potuit eum non improbare. Contra hanc normam philosophicam vulgaris stat opinio. Persuasum nobis esse oportet, inquiunt, iam ante foras eum, qui hoc animo in historiae theatrum intrat, esse retinendum. Constat, inquiunt, non tanti momenti esse neque operae pretium, ut in Platonis iudicium inquiras. Rectius fecisset iste, si omnino a iudicandis viris civilibus abstinuisset. Sic historici. Quod si verum est, temere feci, quod iam actam causam denuo agendam mihi proposuerim: si constat, Platonem arroganter et contra historiam iudicasse, quid tum ulterius inquirendum? Ante omnia mihi igitur demonstrandum erat, normam philosophicam in iudicandis viris civilibus solam esse sequendam: neque Platonem pecasse hanc secutum, eiusque iudicium sane dignum esse, quod accuratius inspicias. Tota enim adhuc sub iudice lis est. Etenim qui iudicis provincia rite perfungi velit, legem certam et fixam sequatur necesse est. Lex autem ad viros politicos iudicandos haec. Quaeritur, num Pericles officium principis praestiterit. Officium principis est, civitatem ad finem suum promovere, i. e. hoc loco: naturam humanam, quatenus per Atheniensem civitatem licuerit, perficere. Naturae humanae autem perfectio et absolutio ab honesto aliena esse non potest; neque enim quidquam humanae naturae vere prodest, quod inhonestum est. Honestum igitur non aliud atque utile, et quum naturae humanae tum etiam civitati utile. Officium principis igitur est, primum facultatem deinde fortem voluntatem sibi comparare civium iustitia instruendorum. Iustitiae nomine enim Plato utile et honestum con-

texuit. Absolutam huius muneris functionem non requirit, sed eam, quae ad absolutam, quam fieri possit, proxime accedat. Duplici modo igitur Pericles vituperandus, primum quod iustitiae cognitione destitutus fuerat, deinde quod civium animos iustitia imbuendos neglexerat. Neque intellexerat neque voluerat iustitiam in civitatem Atheniensium introducere. Iustitia autem in eo versatur, ut suum quaeque agat civitas. In officio igitur principis tertio positum est, iustitiam civibus ea forma et via commendare, quae ad eorum naturam et peculiare ingenium maxime accommodata est: quaeritur igitur tertium, num Pericles ad iustitiam in civibus excitandam apta ratione usus sit. Nemo non videt, quod officium hic tribus locis dispositum habemus, unum esse individuum, ita ut qui primum neglexerit, necessario et in tertio peccaverit. Atheniensium natura erat ad bonum et malum aeque irritabilis neque ad iustitiam parum inclinata simulatque iustum pulchro et artibus manus iungebat. Tum, quum Pericles surrexit, conditio civitatis ingeniumque Atheniensium quasi in compito versabatur; duplices reipublicae administrandae, duplices ingenii civium tractandi et excolendi viae patebant eligendae. Penes eum fuit meliorem eligere, i. e. in eam viam cives dirigere, quo vera eorum natura et disciplina civilis vocabat. Praeferebat vero Atheniensium ingenium in eam partem vertere quo, via a Cimone iam trita, facilius et commodius sequebatur et in corruptionem ibat (Thuc. III, 82. 83.) Ut igitur in illo ancipiti civitatis habitu iustitiae satisfaceret, non corruptelae viam ingredi debuerat; quum vero ingressus esset, vitium non erat celandum, minime vero salutis et gloriae nomine praedicandum. Itaque quum Pericles, quod ad cives educandos verisque commodis ornandos pertinet, officio defuerit, sequitur aeque sibi et civitati defuisse, quod ad prudentiam civilem (*Staatsklugheit*) attinet. Summa: neque „ἀγαθὸς τὰ πολιτικά“ (Gorgias p. 516. d.) neque vere prudens celebrandus.

Paginarum index.

Praefatio.

Iuxta vel potius supra rem propositam hic libellus hanc tacite sibi inesse voluit generalem sententiam, quae doceat, concordissime inter se congruere sanam politicam et eam ethicam, quae simul sit viarum et subsidiorum ad finem suum assequendum disciplina, ita ut quavis ethicae regulae negligentia in politicam prudentiam peccetur. Haud secus consentaneum est, eum oratorem, qui improbam causam agit, eo ipso orationem minus dispositam et perspicuam, magis perturbatam et obscuram habere quam eum, qui iustam honestamque defendit: quo magis impia erga virtutem oratio, eo minus logica sententiarum ratio; quod ad virtutem, idem ad logicam rectum. Cuius rei exemplo sunt orationes Caesaris et Catonis Sallustianae: alterius impia temperatione dedecorata et ideo confusa maleque disposita, alterius plena erga virtutem affectibus ideoque pellucida et distincta.

Iam vero quod ad Platonem attinet, res trita est et decantata accusare eius iudicia rigoris ethici: nihilominus haec secundum aeternam ethicae regulam lata politico futurorum eventu seculorum et experientia comprobantur. Socratis discipulum aevi sui ulcus putridum recte sensisse et notasse inde colligimus, quia Boeckhius historica monumenta accuratissime perscrutatus in idem rediit iudicium. Neque ego dicere possum, quam laetus mihi diversam viam ingresso fuerit improvisus cum tanto philologo sententiarum concursus talis, ut ea, quae Platonis ex scriptis collecta, desideratis ex eius animo conclusis

perfectisque, [1]) ut integram eius sententiam proposuimus, gravissimis huius historici testimoniis post Platonis dialogos demum cognitis confirmare notarum loco liceret. Paridis Troiani aetas pulchritudinis malum Veneri voluptatum largitrici, Periclis et Thucydidis Junoni imperii gloriaeque vindici, Plato providus futurorum seculorum vates offerebat Minervae scientiarum Deae, cuius tessera: „mens agitat molem". Quarum partium nos posterosque nostros esse decet? Nos tandem desinamus Platonis sententiam de aevo suo latam improbare, quoniam eandem posteri melius edocti tamen nihilominus probabunt.

In foro historico non fontium, non testium neque ullius terrarum auctoritatis est diiudicare, utrum ad finem civitati propositum apte honesteque an minus princeps aliquis egerit: sed iudicium est totum penes rationem mentemque utile ab honesto non secernentem, non singularum partium [2]) studiosam, et penes legitimum huius legislatricis interpretem, cuius est ideam utilis et honesti distincte elaborare integreque exigere: qua adhibita vetatur, quominus ius iniuriae inferendae concedat cuiquam, sive potentior sit, sive artium bonarum cultor, sive magnus dux rerumque publicarum administrator; [3]) qua adhibita defenditur, quominus facinora iniusta, quorum amplitudine, audacia, splendore multitudinis oculi mentesque

---

1) Sicut archaeologi totam statuam ex nonnullis partibus divinant.
2) Quarum alterae: „vivat iustitia, pereat civitas" alterae „vivat civitas, pereat iustitia" clamant. Considera quoque eos vitae humanae casus, ubi de eadem re contraria valeant iudicia: utile alter neglecto honesto, honestum alter neglecto utili spectat.
3) „Aristides und Themistokles arbeiteten zusammen, der Eine als sparsamer Verwalter der Finanzen und als rechtlicher Mann, der Andere als grosser Staatsmann, dem jedes Mittel, das zum Zwecke führt, gut und rechtlich ist." Schlosser Universalhist. Uebersicht I. 2. S. 27

perstringuntur, pro innoxiis immo admiratione dignis accipiat, quominus postremo patiatur, ut omnia virtutis praemia ambitio auferat.

Historici plerumque vel ad varium [1]) quoddam neque sibi constans [2]) iudicium, vel ad sensum communem utque dictitant sanum omnia referunt: quos inter et integrae rationis interpretes tale intercedit discrimen, quale inter eos, qui nummorum pondus et pretium ex manu externaque nota pensant atque qui lancibus levissimo momento irritabilibus et aure oculoque artifici examinant.

Ab hoc autem iudicis munere qui philosophiam (haec enim est rationis interpres) removere laborant, quippe quae ex temere fictis et arbitrariis notionibus res experientiae merae subiectas construere ipsis videatur, [3]) qui non dubitant singularem in historia provinciam scientiae universali tribuere: caveant ii, ne ignorantiae testimonium et animum praeiudiciorum tenacem prodant. Ignorant enim, ad quem auctoritatis gradum nostro seculo, quod κατ' ἐξ. dicas idearum vel potius ideae seculum, ascenderit.

Libelli limites proclamare tantum iubent, quod a viris summo ingenio demonstratur: esse philosophiam in quae-

---

1) Ex quanam regula Wachsmuthius laudes et vituperia dividit? „Aus dem Gesichtspuncte des Staats." Legatur praefatio libri: „Hellen. Alterthumskunde" ut pateat, quam indefinita haec norma sit, quam varia. Frustra exspectas elaboratam et fixam notionem, quamvis talem opere finito in praefatione exponere sane fuisset res facilis.

2) Vide infra p. 7. Schlosseri iudicium sibi non constans.

3) Egregius quidam scriptor, qui „Blüthenstaub" in Athenaeum Schlegelii sparsit, p. II. p. 61. admonet: „Da man immer so sehr gegen die Hypothesen redet, so sollte man doch einmal versuchen, die Geschichte ohne Hypothese anzufangen. Man kann nicht sagen, dass etwas ist, ohne zu sagen, was es ist. Indem man sie denkt, bezieht man Facta schon auf Begriffe, und es ist doch wohl nicht einerlei, auf welche. Weiss man dies, so bestimmt und wählt man sich selbst unter den möglichen Begriffen die nothwendigen, auf die man Fakta jeder Art beziehn soll. Will man es nicht anerkennen, so bleibt die Wahl dem Instinkt, dem Zufall oder der Willkühr überlassen, man schmeichelt sich reine solide Empirie ganz a posteriori zu haben, und hat eine höchst einseitige, höchst dogmatizistische und transcendente Ansicht a priori."

stionibus historicis, ipsa arte historica in hunc perfectionis gradum elata, [1]) ne dicam tolerandam sed ad auxilium plena voce advocandam, ut doceat, quaenam meta, quodnam curriculum non singulis hominibus tantum sed etiam gentibus singulis et postremo generi humano conveniat. Ea enim, quam in communi generis humani labore singulae gentes partem contulerint, discernit: ea, quam Hebraei, quam Graeci, quam Romani, quam Germani personam in orbis terrarum theatro egerint, intelligit, ea, quid historiae facta sibi velint, quo tendant, perspicit, ea consilia divina interpretatur vetatque, ne fraus calliditasque victrix, proba scientia integraque prudentia ridicule inferior in historia evadere videatur, vetatque, ne insanum regum arbitrium, facilis vilisque subditorum servitus ab historicis impiis risui lusuique impio animi causa exponatur.

Historia tantum videt, quid factum sit et quibus de causis, licet in proximis resistat neque ad primarias procedat: quid autem significet factum, ex qua totius humanae naturae lege hanc periodum illa secuta sit, perspicere sine philosophia nequit. [2])

---

1) Scientiis positivis, simulatque quendam perfectionis gradum assecutae sint, summa commercii cum philosophia ineundi necessitas exsistit: in quam necessitatem, quae et necessitudo est, historiam nostrae aetatis pervenisse firmiter teneo.

2) De Germanorum officio nostro et futuro tempore praestando leguntur in scriptione: „Ueber den Charakter unserer Zeit und die Hauptaufgabe unseres deutschen Volkes in politischer Hinsicht, von Dr. Karl Scheidler, Prof. in Jena“ haec: „Seit der Reformation ist die Bestimmung Deutschlands ausgesprochen: an der Spitze aller grossen geistigen Bewegungen der Menschheit zu stehen und durch die Macht des Geistes sich die Welt zu unterwerfen“ Summam huius scriptionis, quae in ephemeride politica „Minerva“ (Märzheft 1836) typis expressa est, patria lingua hic suppedito, quia similem Platonicae normam et legem in iudicandis rebus politicis et exemplum philosophiae et historiae coniungendae refert. „Der Deutsche wird nie das Politische an und für sich so zur Hauptsache machen, wie Griechen und Römer ehemals, Franzosen und Britten jetzt. Bei ihm ist Humanität das Höchste im Menschenleben, der absolute Zweck; alles Uebrige nur Mittel. Er ist bestimmt den alten Widerstreit des Politischen und allgemein Menschlichen zu versöhnen, und durch Philosophie und Religion die politische Verbildung

Itaque sicuti non negamus, philosophiam cum omnibus naturae scientiis tum varia multiplicique generis humani historia egere: ita vice versa postulamus, ut philosophia in historiam intime intexatur.

De hac vero coniunctione disputationem absolvere non huius est scriptionis, sed potius id nunc statuere, non nisi a iudice philosopho legitime in iudicium Periclem vocari posse. A quonam autem philosopho? Lex est iuridica, iudicem esse debere aequalem, ne iniuria fiat in iudicium vocato. Vocatur igitur ab aequali, Graecus a Graeco, Atheniensis ab Atheniensi, coaevus a coaevo, [1]) vir civilis a viro civili, [2]) i. e. a Platone. Et profecto

---

unserer Zeit in ächte Bildung zu verwandeln. Alles beruht auf Verallgemeinerung des philosophischen Geistes und christlichen Sinnes, der in Deutschland vorzüglich heimisch ist. Seinen Beruf dazu legitimirt der Deutsche 1) durch Bekämpfung des politischen Materialismus, Staatsatheismus; ihm ist die höhere Idee des Staats aufgegangen. 2) Durch Bekämpfung des Absolutismus des Fürsten sowohl als der Volkssouverainetät. 3) Durch seine Behandlung der politischen Oekonomie; er führt in diese Disciplin theils die immateriellen, geistigen Güter ein, theils fasst er die materiellen und immateriellen in ihrer Wechselwirkung auf, und sucht die rein wirthschaftlichen Interessen mit dem höchsten geistigen Zwecke in Beziehung und Einklang zu bringen. 4) Durch die höhere Gestaltung des Familienlebens und der haüslichen Erziehung; bei den Deutschen ist die Ehe noch nicht bürgerlicher Contract. 5) In der Volkserziehung im engern Sinne (Schulwesen) haben die Deutschen das rechte Ziel erkannt u. s. w." Ceterum haec supplent quae apud Gervinum Historik p. 73. 74. et alibi de Germanis manca, et corrigunt, quae ibidem (§. 26.) satis arroganter dicta legimus: „Wenn noch Männer, wie Herder und Kant in der Geschichte immer ein Ziel, einen idealen Höhepunkt, vollkommene Vereinigung in der Menschengattung, (?) vollkommenen Zustand der Gesellschaft u. dgl. suchen, so kann man sagen, dass sie das Alphabet und Einmaleins aller Geschichtslehre nicht inne gehabt haben."

1) Neque tamen nimis coaevo et propinquo spectatore. A coaevo autem, ne nos, qui aetate vivimus tot seculorum experimentis ingeniique humani incrementis melius instituta, tantum sapientiae civilis modum requirere videamur, quantae Periclis seculum minime capax fuerit.

2) Politia est documento, viri civilis provinciam et virtutem a Platone pro summa dignitate esse habitam, ad quam naturae humanae ascendere liceret; neque philosophis prius bene esse,

Plato, iudex ille Periclem a Thucydide nobilitatum non nobilitans, egregium edidit exemplum, qua ratione philosopho utpote genuino politico in historia sit provincia administranda.

Thucydides historicus et Plato philosophus in ferenda de Pericle sententia ita dissentiunt, ut aut, si Thucydide auctore Pericles extollatur, Plato umbratilis doctrinae vel declamatoriae invidiae accusetur; aut si Platoni honor maneat, Thucydides reiiciendus sit, qui, salvo Platonis iudicio, consueta auctoritate stare non potest. Cum altero utro facere debes, medio tibi esse non licet. [1]) Minime vero dissensionem decet ita diluere, ut dicatur, non inhonesta quidem et in ratione philosophica haud falsa protulisse philosophum: in ratione vero historica haudquaquam ea valere posse; potius audiendum esse Thucydidem, qui hunc virum oculo magis historico lustrarit. Quomodo enim, quaeso, esse potest alia virtus et veritas philosopho alia historico [2]) iudicante? quomodo

---

quam civitatis principes facti sint. Gorgias 521 d. Οἶμαι, inquit Socrates, μετ᾽ ὀλίγων Ἀθηναίων, ἵνα μὴ εἴπω μόνος, ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν νῦν.

1) Quam Aelius Aristides in libro ὑπὲρ τῶν τεττάρων init partium conciliandarum rationem quis probabit verae rhetoricae simul cum philosophia et historia studiosus? Locus est sub fine libri laudati ed. Dindorf. II. p. 414. ἐγὼ μὲν καὶ οὖν Πλάτωνι τὴν προσήκουσαν τιμὴν ἀπένειμα, καὶ τοῖς ἀνδράσι (Pericli, Cimoni, Themistocli simul cum Thucydide) τὰ πρέποντα ἐβοήθησα καὶ οὐχὶ προηκάμην. Rhetor ille, ut alter Cicero pro domo sua, in Platonem de hac una causa verba fecisse videtur, ut falsae illi rhetoricae in Gorgia labefactatae opitularetur, rhetoricae verae a Platone temere timens. Sane promeret tantulam auctoritatem, quantulam Boeckhius ei concedit. Et quam parum profunde sensum Platonis hausit? quam parum accurate eius sententiam intellexit? quam leviter crimina, quorum Pericles accusatur, accepit? Plura de hoc utrarumque partium patrono infra.

2) Thucydidis quaenam sint placita ethica et politica infra videbimus.

apud historicos [1]) rectum, quod apud philosophos perversum? Neque ita proficeres exprobrans philosophum civilis prudentiae experientiaeque expertem et vita umbratili occaecatum ex opinionibus immoderatis virum publicum vitaeque civilis moderatorem metiri. Neque enim illius generis vitam Graecus philosophus degebat quam Kantius Germanus, qui extra urbem natalem per totum vitae privatae spatium non egressus est, sed multa itinera fecit civis Atheniensis domi iam vitae publicae experientia doctus. Imprimis autem id non postremo loco ponendum, quod, quae de civitatis Atheniensium statu generatim quasi per indices et titulos sine rerum singularium notitia ex Thucydide, Plutarcho comperimus, si forte Aristophanes suffragio arceretur, ea Plato ipse suis oculis viderat, ipse civium iniurias intemperantium irrisionemque insipientium expertus erat, ipse civitatis conditionem ad minutas usque res nobis in perpetuum ignotas noverat.

---

1) Quamnam virtutem historici sibi effinxerint, videas ex his locis. Schlosser Universalhist Uebers. II., 2. p 455. ubi de temporibus a Carthagine eversa usque ad triumviratum Caesaris, deque partibus Ciceronis, Catonis, Catuli oppositis eorumque virorum moribus fit sermo: „Moralische Verdorbenheit und Grösse des Geistes und der Thaten sind leider (impietatem quantam illud „leider" redolet!) unter Menschen stets unzertrennlich Gewisse politische Verhältnisse des Staates und der einzelnen Bürger untereinander sind mit strenger Sittlichkeit unvereinbar („vivat civitas, pereat iustitia!") wenn nicht der Bessere das Opfer des Schlechtern werden soll!" Quid! illene bonus, qui bonus esse cessat, ne a malis opprimatur? qui summam mali alioquin abundantem auget? Alter locus est scriptionis de Rolandia et Staëlia in „Archiv für Geschichte und Literatur, herausgegeben von Schlosser und Bercht." I pag. 69. Rolandiae ingenium describit: „Wieviel Seelenstärke dazu gehörte, nichts desto weniger fest zu beharren und auch ohne Hoffnung des Erfolgs (femina illa conventui illi in revolutione francogallica restitit) für Recht und Gerechtigkeit, für Tugend und Ideale, die nirgends sind und sein werden, als in einiger weniger Menschen Phantasie, die wir nichts desto weniger als wahrhafte Dinge, als Gestalten, Wesen einer bessern Welt bei Dichtern und gutmüthigen Traümern (? !) bewundern, überlassen wir jedem Leser selbst zu beurtheilen "

Et de Periclis rebus gestis, si non plura, tantum certo compertum habebat, quantum nos hodie ex Thucydide, Plutarcho aliisque novimus. [1])

Quas difficultates in nostra re illud „et alteram partem audire" historicis conflat, eas sublatas habeant, volo. Si quis enim scriptor sententiam Platonis de Pericle latam respiciendam existimat, non sufficit Gorgiae illam particulam (p. 515. e.) inspicere aliorumque dialogorum locos Periclem commemorantes, sicuti ab editionum indicibus laudantur, particulatim perlustrare: sed necesse est, Gorgiam ab initio ad finem usque intentius persequi et Politiae libros diligentius pervolutare quam id pro historicorum otio fieri potest; necesse est postremo ex illis libris prius rationem Platonis civilem componere, quam eius contra Periclem lata sententia perspici iusteque examinari possit. Alioquin facile fit, ut Platonis in Periclem opprobria levioris momenti habeantur quam revera sint. Cur ad hanc operam Platonis sententia de universa aetate, qua Pericles vixerit, [2]) eruenda accedere debeat, ipsis historicis latissime patebit. Eo magis autem res accuratius elaboranda est, quo minus Platonis sententiam in Gorgia perfectam habemus; quia tantum de Pericle illic iudicium tulit, quantum per contextum disputationisque terminos licuit. Ex proposito si iudicium ferendum esset, plura et, ut loquuntur, magis politica sane

---

1) Cf. Boeckhii Staatshaush. d. Athen. I. 316. „Theopomp ist als tadelsüchtig verschrieen, weil er den verderbten Geist einer verderbten Zeit nach der Wahrheit schilderte; denn die meisten sind geneigt alles von der schönsten Seite anzusehen, zumal aus der Ferne, wo alle Leidenschaft schweigt, und das Wohlwollen, welches dem menschlichen Herzen eingepflanzt ist, nicht von unmittelbar gegenwärtigen Erfahrungen Lüge gestraft wird; aber Ehre dem Geschichtschreiber, welcher den eitlen Schein vom Wesen zu trennen versteht, und gleich dem Richter der Unterwelt die Seelen nackt und alles Pompes und Gepränges entkleidet vor seinen Richterstuhl zieht." Sententia et similitudo ex Gorgia p. 524. c.

2) Nostrates loquuntur: „Pericles und sein Zeitalter"

protulisset, qualia infra videbimus. Itaque nil nisi historica religione Platonis sententiam restituere cupio, ut certe, ut vulgo audit, non inepte et pueriliter iudicasse videatur. Atque id infra suis ipsius argumentis probabimus: hic duo magnae auctoritatis testes pro Platone prodeant. Alter haud dubie vir non ecstatico et ab experientia abstracto ingenio, Kantius: „*Die platonische Republik ist als ein vermeintlich auffallendes Beispiel von erträumter Vollkommenheit, die nur im Gehirn des müssigen Denkers ihren Sitz haben kann, zum Sprichwort geworden, und Brucker findet es lächerlich, dass der Philosoph behauptete, niemals würde ein Fürst wohl regieren, wenn er nicht der Ideen theilhaftig wäre. Allein man würde besser thun, diesem Gedanken mehr nachzugehen, und ihn (wo der treffliche Mann uns ohne Hülfe lässt) durch neue Bemühungen in Licht zu stellen, als ihn, unter dem sehr elenden und schädlichen Vorwande der Unthunlichkeit als unnütz bei Seite zu setzen. Eine Verfassung von der grössten menschlichen Freiheit nach Gesetzen, welche machen, dass jede Freiheit mit der andern ihrer zusammen bestehen kann, (nicht von der grössten Glückseligkeit, denn diese wird schon von selbst folgen;) ist doch wenigstens eine nothwendige Idee, die man nicht bloss im ersten Entwurfe einer Staatsverfassung, sondern auch bei allen Gesetzen zum Grunde legen muss, und wobei man anfänglich von den gegenwärtigen Hindernissen abstrahiren muss, die vielleicht nicht sowohl aus der menschlichen Natur unvermeidlich entspringen mögen, als vielmehr aus der Vernachlässigung der ächten Ideen bei der Gesetzgebung. Denn nichts kann schädlicheres und eines Philosophen unwürdigeres gefunden werden, als die pöbelhafte Berufung auf vorgeblich widerstreitende Erfahrung, die doch gar nicht existiren würde, wenn jene Anstalten zu rechter Zeit nach den Ideen getroffen würden, und an deren statt nicht rohe Begriffe, eben darum, weil sie aus Erfahrung geschöpft*

worden, alle gute Absicht vereitelt hätten. Je übereinstimmender die Gesetzgebung und Regierung mit dieser Idee eingerichtet wären, desto seltener würden allerdings die Strafen werden, und da ist es denn ganz vernünftig (wie Plato behauptet), dass bei einer vollkommenen Anordnung derselben gar keine dergleichen nöthig sein würden. Ob nun gleich das letztere niemals zu Stande kommen mag, (quod est demonstrandum) *so ist die Idee doch ganz richtig, welche dieses Maximum zum Urbilde aufstellt, um nach demselben die gesetzliche Verfassung der Menschen der möglich grössten Vollkommenheit immer näher zu bringen. Denn welches der höchste Grad sein mag, bei welchem die Menschheit stehen bleiben müsse, und wie gross also die Kluft, die zwischen der Idee und ihrer Ausführung nothwendig übrig bleibt, sein möge, das kann und soll Niemand bestimmen, eben darum, weil es Freiheit ist, welche jede angegebene Grenze übersteigen kann.*" (Kritik der reinen Vernunft Elementarl. II. Th. II. Abtheilung I. Buch: Von den Ideen überhaupt.) Alter philosophus ab historica ratione minime alienus, Köppen, nescio qua pagina „der Politik nach Platon. Grundsätzen": *„Indem Plato das Gute zum höchsten Erkenntnissprinzip macht, erhält seine Philosophie den eigenthümlichen Reiz ihre Ansichten nicht als blosse Begriffe des Geistes, sondern zugleich als nothwendige Aufgaben des Willens zu behandeln, und so die Wahrheit in derjenigen Gestalt zu erkennen, in welcher sie unmittelbar als die Führerin zu freier Vernünftigkeit des gesammten haüslichen und öffentlichen Lebens erscheint."* Quae hactenus exordii staminisque instar disputata sunt, ad eum finem omnia direximus, ut opiniones adversus Platonem praeoccupatae, in scriptis et colloquiis [1]) historicis hic illic prolatae corrigantur.

1) Sunt, qui Platonem refutasse sibi videantur, simulatque eum „Stubenphilosoph" sive „Schulphilosoph" appellaverunt De

Quid Plato de Atheniensium reipublicae habitu per annos 450 – 400 a. Chr. n. senserit.

Juvenili aetate Plato temerarios democratiae excessus fructusque pestiferos, crescentibus annis invidiam et irrisionem ut philosophorum ita philosophiae [1]) pleno affectibus ingenuis animo percepit: quem maxime colebat magistrum innocentem morte mulctatum vidit, venenum bibenti adstitit, pessima quaeque in libera ista Atheniensium civitate [2]) optimis civibus timenda expertus est. [3])

---

priori nomine vide p. 7. „Neque enim - doctus": quod autem ad posterius illud „Schulphilosoph" attinet, nihil aliud significare potest, nisi Platonis doctrinam civilem magis ad discipulos, auditores instituendos delectandosque, quam ad vitae usus esse aptam: praecepta rigidiora esse, quam quae in vita quotidiana homines, cives sequi possint. Ut ita sit: quid? Accuratissima quae scribendi magister proponit exemplaria perofficiose observanda etiamsi non in negotiis, non in celeri scriptione loquenti adaequanda observentur, quis tamen negabit, exactis magistri praeceptis etiam in veloci illo scribendi genere se adiuvari. Deinde in theatris experientia docet, actores eo magis in melius niti, quo perfectius i. e. quo magis secundum rationis disciplinaeque exemplar a spectatoribus legitimis rectum et pulchrum intelligitur, quo acrius desideratur. Quinam vero alii spectatores et speculatores in illo theatro historico magis legitimi inveniri possunt praeter philosophos? Laxioribus in recto requirendo iis esse non licet, nisi viros politicos rerumque publicarum administratores, theologos, iuris consultos, paedagogos laxiores velint in recto exsequendo. Adde hoc, quod multa in rebus politicis non nisi per negligentiam inertiamque peccantur et mala consuetudine stabilita recti usum praepediunt, ita ut idem fieri soleat, quod in loquendi usu Vernaculos e. gr. longe plurimos loquentes audis: „Fürscht, vürrzig, fufzig." Num is, qui hanc negligentiam inertiamque tollendam suscipiat, iustamque loquelam constanter requirat, num is, quaeso, vituperandus est, quod a vita communi abhorrentia requirat?

1) Et qualium irrisorum! Hominum honesto virtutique pariter irridentium: v. Calliclis orationem in Gorgia p. 482. c —486. d. Theaeteti episodium illud memorabile 172. d. – 177. b. ubi fabula de Thalete et ancilla Thracia et alia huiusmodi. De philosophiae calumniis v. Politiam 487. c. d. sqq. 489. d. sqq. usque ad p 497. a.

2) Gorgias 461. e. οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν.

3) „Wie es mir vorkommt, Sokrates, (inquit Callicles in Gorgia p. 521. c. interpr. Schleiermach.) so glaubst du, dir könne

Unde facile fieri potuit, admonebit quispiam, ut par pari relaturus invisis illius reipublicae institutis [1]) et civibus, praesertim autem Periclis familiae, (Gorgias 472. b.) in quam fortasse privatae stimulabant inimicitiae, invito inscioque odio pulsus plus aequo malediceret fidemque historicam laederet. Supervacanei autem statim apparent scrupuli, quia non de eo, quod factum sit, deque rebus a Pericle gestis dubitatur, sed de iudice normaque, coram quo et secundum quam, quod factum esse constat, iudicandum. Qua in re diu incertum esse nequit, utrum falsam privatae offensionis et repulsae mensuram (de actionibus eius ab ecclesia reprobatis cogito), an aeternas utilis honestique leges sequatur.

Primum locum sibi vindicat quaestio: quaenam disciplina et ratio civilis Athenis viguerit, quum Pericles rempublicam capessere coeperat, et quamnam reipublicae curatores secuti sint, teste Platone.

Protagorae sophistae placita politica ab Atheniensibus summa reverentia esse accepta maximoque studio pre-

---

nichts dergleichen begegnen, und du könnest nicht etwa von den ersten besten elenden und ganz schlechten Menschen vor Gericht gezogen werden" Sokrates. „Dann wäre ich wohl ganz unvernünftig, Kallikles, wenn ich nicht glaubte, dass in dieser Stadt Jedem Jedes begegnen kann, wie es sich trifft."

1) Invisam democratiam testantur Politia p. 555—562. Theaetet. p. 172 „Die Redner vor Gericht, in den Volksversammlungen reden immer im Gedränge, denn es treibt sie zur Eile das Wasser, welches abfliesst" etc. ubi videnda sunt, quae praecedunt et sequuntur. Ecclesiam, conciones, castra et quemvis civium conventum summos sophistas iuventutisque perditores describit Polit. 492. e. „Denn es geschieht nicht und ist auch nicht geschehen und hat auch keine Noth, dass jemals sollte neben der Anleitung (παιδείαν) her, welche diese geben, eine andere Richtung zur Tugend in einem Gemüth ausgebildet werden können, in einem menschlichen nemlich; denn göttliches freilich nach dem Sprichwort nehm' ich aus. Denn das wisse nur, was sich noch irgend rettet und wird wie es soll bei einer solchen Verfassung der Staaten, davon kannst du, ohne sehr zu fehlen, immer sagen, ein göttliches Geschick habe es gerettet."

tioque culta, testes sunt haud ambigui cum totus Protagoras, tum eius exordium, ubi iuvenem Atheniensem, adventu Protagorae vix audito, summa illico cupiditate flagrantem videmus, ut inter talis magistri discipulos recipiatur; deinde prior Theaeteti pars, qua maximam operam dogmatis sophistae refellendis philosophus impendit: quod sane non fecisset, nisi operae pretium fuisset tanto adversario tantopere resistere, veroque victoriam parare.

Audiamus, quid Protagoras docuerit, quidque discere universa Athenarum urbs [1] pecuniae non pepercerit. Theaetet. p. 172. a: „Unaquaeque civitas ius tenet suo arbitrio et placito statuendi περὶ πολιτικῶν decreta, i. e. quae apud illam pro honesto et turpi, pro iusto et iniusto sint et habeantur: neque in his rebus alia civitas dici potest alia sapientior, intelligentior: in eo vero quod sibi commodum sit et utile statuendo alia potest civitas alia melius sibi consulere, et quidem non civitas solum universa sed singuli cives civibus singulis melius: quae summa doctrinae est, quam ego Protagoras tradere profiteor."

Duo vertit sophistae in opprobrium philosophus, primum quod iustum et honestum nihil per se extra hominum conventa esse et ab unius cuiusque civitatis libitu dependere, alterum quod utilis et honesti alienam esse naturam alterius plerumque ab altero abhorrentem docuerit. Eandem decantationem in fortiores magisque indignos modos variat Thrasymachus in primo Politiae: iustum esse, quod validissimo cuique potentissimoque prosit et

---

1) Neque excepto Pericle: Plut. Per. 36. Xanthippus Periclis filius domesticam patris vitam eiusque cum sophistis colloquia publico risui exponere non dubitat. „So als im Kampfspiel Einer den Epitimius von Pharsalus unvorsätzlich mit dem Wurfspiess traf und tödtete, habe er mit Protagoras einen ganzen Tag lang gestritten, ob nach der richtigsten Ansicht der Wurfspiess oder Wer geworfen oder Wer den Kampf angeordnet habe Schuld an dem Unglück sei." Non ideo hic locus laudatur, ut filium vera exprobrasse sed ut patri cum Protagora commercium fuisse probemus.

placeat. Talem eruditionis fraudem Athenienses liberalem liberoque viro prae ceteris expetendam censebant, tale civilis sapientiae scelus ab istis viris, in quos ut ingenii et doctrinae exemplaria suspiciebant [1]) nobilioris notae iuvenes, accipiebant acceptum summa pietate et pecunia compensantes. Num plebecula inerudita, [2]) quae degeneres Protagorae discipulos ut vitae magistros ore hiante admirabatur, honestius cogitaverit?

Adeundus nunc Gorgias, unde discamus, quaenam huic theoriae praxis responderit. Οἱ πρακτικοὶ autem fuerunt rhetores et politici κατ᾽ ἐξοχήν. Qua de re Platonis sententia sua luce illustrari non potest, nisi ex eius doctrina civili primaria placita praemittantur. Gorgias p. 462: I. Est, quod veram corporis valetudinem dicamus, est, quod veram animi. II. Est, quod simulata valetudo et corporis et animi dicendum. III. Corporis valetudinem genuinam curat gymnastica et medicina: fucatam et fictam cosmetica et culinaria sapientia. IV. Veram animi valetudinem curare est politicae a r t i s. V. In simulata (quam εἴδωλον dicit verae) animorum valetudine procuranda laboriosa est adulterina quaedam rhetorica veri boni prorsus inscia, nullam artis normam sed speciem arbitriumque et impiam audaciam secuta: quae operatio artis nomine indigna, opificium parasiticum et illiberale, perita plebeculae adulatio tunc Athenis florebat. Vanae huius artis operariis nihil de rebus civilibus suffragii permittendum firmiter tenet philosophus: idem de viris politicis edicit. De utraque caterva simul uno loco

---

1) Ut seculo XVIII. in Voltarium. V. Eckermanns Gespräche mit Göthe: „Aus meinem Leben geht nicht recht hervor, inquit alicubi poëta, welch einen ungeheueren moralischen Einfluss dieser Mann auf die damalige Jugend ausgeübt hat."

2) In quos usus istam sapientiam sibi cupiverit, videat qui nondum vidit quam primum ex Strepsiade Aristophaneo, nubium persona.

dicendum, quoniam politici iidem rhetores fuere: neque enim profuit politicum esse falsa illa eloquentia expertem, qua efficiat, ut auditores blandum adulantis imperium libenter ferant. Quibus rhetoribus et politicis cum civibus simile commercium fuit, quod ambitiosis parasitis cum patronis sive quale coquis cum infantibus vel dominis insipientibus esse solet. Quemadmodum hi delicias adornant, nulla habita ratione corporis male iisdem affecti, dummodo voluptatibus in breve tempus suppositis excipiant domini favorem, in quod εἴδωλον commodi pro vero commodo inhiant: haud secus rhetores illi ut suae sic civium saluti simulatae inhiabant, vero proprio et heri servilis commodo ignorato. Veri enim commodi scientia artis est omnium difficillimae, sapientiae gravissimae, philosophiae. Illorum autem salus commodumque fuit id, quod facile possis divinare, nimirum divitias, opes, honores quam amplissimos aucupari. Praecipue autem tyrannico inter ceteros cives imperio potiri finem bonorum praedicabant, cunctisque viribus expetendum Atheniensium sibi quisque paulo altius spirantium proponebant: (Gorg. 471. c. d. 472. a. b.) et Archelaus post cognatorum parricidia rex Macedoniae factus, hominis exemplar maxime beati ob oculos versabatur. Acris sane erat ingenii hanc petulantiam, latrocinium istud in patriae studium personatum nudare: acrioris nudatum prosternere. Ferreis igitur argumentis propugnat, illos patriae praedones, rhetores, politicos, tyrannos cum ipso Archelao omnium hominum esse miserrimos. (Praeter Gorgiam qui ipsis verbis legendus est p. 472. et sq. vide Politiam p. 551. sqq. praecipue p. 587.) Quam viam isti boni ad assequendam hanc miseram beatitudinem sibi excogitarint, eam prostituit (Gorg. p. 510. d) idem fugere et sequi quod dominus, i. e. Atheniensium plebs. Quae quum meliora non solum non probaverit, sed deteriora immo pessima secuta sit, eam sequi idem est atque se ipsum vitiare et dedecorare, ut ab illa valeas et orneris. Huius disciplinae vitaeque typos Polum, Gorgiae discipulum, (v. p. 468. e. 470. 473. c.) et

Calliclem macchiavellismi Graeci [1]) propugnatorem, hominem proterve lepidum, (lepida profecto est proterva eius erga Socratem benevolentia p. 486.) duos ex turba magna in medio exposuit: quorum uterque consentiunt, hanc esse summam virtutis, diminutione civitatis fraudeque bene celata augeri, cives adversarios impune mortis damnare, cupiditates habere quam maximas et ope illius fallacis eloquentiae et amicorum coniuratorum eas ita posse explere, ut nullis legibus coerceantur; postremo eam vitam agere, quam viri annulo Gygio muniti (Polit. p. 360-362.) et tyranni (ibid. p. 573—576.) non minus distincte quam ornate depinxit.

Haec erat teste Platone plurimorum, qui rempublicam gerendam sibi arrogabant, sentiendi ratio. Deerat artis civilis scientia, proba adiuvandae patriae voluntas deerat. Sibi non deesse primum existimabant, patriae commodis postremo vel nullo loco positis. Et quum nemo non secum ita reputaret, nullum patriae studium ceteris inesse civibus, quemque sibi ipsi tantum improbam dare operam, quum stulta et ridicula pietas cuique videretur, se unum in desperatam patriae salutem proiicere: exorta est cuique fatalis illa necessitas aut incudem fieri aut malleum, iniuria aut afficere aut affici. Quis tandem

1) Graeci et praecipue Atheniensium, qui (Thucyd. I, 76) coram Lacedaemoniis sine ullo pudore profitentur: penes quem potentiam esse, penes eundem ius; et apertius, ubi cum Meliis subiiciendis agunt: V, 89. „Wir erwarten, dass ihr nur das, was nach unserer beiderseitigen wahren Ansicht das Ausführbare ist, bezwecken werdet, in der Ueberzeugung, dass ihr es mit solchen zu thun habt, die wohl wissen, dass in menschlichen Verhältnissen nur da, wo ein Gleichgewicht der Zwangsmittel vorhanden ist, nach dem Rechte entschieden wird, hingegen dass Uebermächtige thun, was sie vermögen, und die Schwächern nachgeben müssen." Et cap. 105. habes, quod „praktischen Atheismus" dixeris: „Denn wir glauben, dass wie die Gottheit blos nach freiem Ermessen, so die Menschen überall entschieden nach einer Naturnothwendigkeit, da wo sie die Stärkeren sind, gebieten. . . . . So fürchten wir denn von Seiten der Götter, aus gutem Grunde, nicht in Nachtheil gesetzt zu werden."

incudem se prostituere, quotus quisque malleus esse non maluisset? Quum optimum se quisque censeret imperioque maxime dignum, festinabat, ut eum in republica locum occuparet, qui primum venienti patebat. Pauci triste exilii voluntarii refugium cum Platone eligebant patriam relinquere non dubitantes, quae se ipsam reliquit, et in qua Solonis leges sublatae erant, validioris tyrannique elatae. [1])

Tales civium mores cum vivo tum mortuo Pericle annis progredientibus in peius progredientes strenuum iu-

---

1) „Wie einer der unter die wilden Thiere gefallen ist, wer nicht mit Unrecht thun will, da er doch nicht im Stande ist Einer allein allen Wilden Widerstand zu leisten, ehe er für den Staat oder seine Freunde etwas ausrichten könnte, ohne Nutzen für sich und die andern zu Grunde gehen würde — dies alles wohl zu Herzen nehmend wird ein solcher sich ruhig verhalten und sich nur um das seinige bekümmernd, (τὰ αὑτοῦ πράττων) wie einer im Winter, wenn der Wind Staub und Schlagregen herumtreibt, hinter einer Mauer untertritt, froh sein, wenn er die Andern voll Frevel sieht, nur selbst von Ungerechtigkeit und unheiligen Werken dieses Leben hinzubringen, und beim Abschiede daraus in guter Hoffnung ruhig und zuversichtlich zu scheiden." Polit. 496. d. e. Idem accidit, quod hodieque in symbolis communis victus delectationisque causa institutis fieri solet Ab initio intemperantissimus quisque in edendo bibendoque temperantiae speciem certe prae se fert. Ceterorum enim reverentia intemperantiaeque famam timens continetur. Paulo post sensim intemperantiae frena laxat suique similes in eandem licentiam incitat Neque ceteri resistunt: mox haud quisquam est, qui non commodum putet ex cibis potionibusque quam plurimum sibi arripere: neque quisquam sibi deesse vult, quippe nemine illam licentiam compescente, postquam una verecundiae lex, qua ante continebantur, dissoluta est. Si quis istis in luxuriam effusis interest qui temperantiae leges servandas sibi proposuit, vix servabit praeter intemperantiae famam nil metuens. Quis est igitur, qui ceteris in luxuriam ruentibus, quum fama salva liceat quam plurima sibi arrogare, ad moderationem servandam urgeatur? Is, qui verum suum commodum in moderatione situm censeat. Ceteri autem, quo modo hoc modi tenace utuntur? Irati conviciis tacitis mox manifestis afficient, similiter atque λόγος ἄδικος in λόγον δίκαιον Aristophanis in nubibus invehitur, hominem ridiculum illiberaliterque a more recepto se excipientem appellabunt, ita ut denique indigna perpeti impatientem socie tate excedere cogant.

dicem inveniebant Platonem. Erunt qui aequo severius eius iudicium arbitrentur; sed nonne minus severum fuisset impium? An philosophus de sacrosancta virtutis iustitiaeque dignitate demitteret et detraheret quidquam? Num, quaeso, laetos Protagorae disciplinae fructus celebraret is, quo nemo penitius atque magis indignabundus perspiciebat, quantum iuvenilibus animis rempublicam aliquando sustentaturis labem inferret? num Calliclis Polique gregibus rectum honestumque impia lingua manuque magis impia subvertentibus ut patriae fulcris applauderet, quos ad explodendos nemo magis ingenio veraque scientia polleret? „At forsan rationem adversariorum infirmiorem finxit quam revera fuerat, forsan ipse suspicari debebat, in errorem stoici rigoris a vitae quotidianae usu abhorrentis auctam esse lineamque moderationis transgressam suam istorum sophistarum, rhetorum, politicorum refutationem; ipse suspicari debebat, an non alia tertia ratio inter suam et adversariorum media [1]) sequenda esset, temperatum quoddam et nondum inventum et explicatum doctrinae genus κατ' ἐξ. politicum, quod Deo et mammoni simul servire doceret, quod non minus utriusque et imperantis et obedientis voluptatibus satisfaceret quam veris patriae commodis, quod artificiose privata ambitionis studia cum pietate erga patriam conciliaret, id est: *„jene feine, verwickelte Taktik der Ehrgeizigen, durch welche man zum allgemeinen Besten für sein eigenes Beste sorgt, und zum Wohle des Staates und mit Selbstaufopferung sich der einflussreichsten Stellen zu bemächtigen sucht.“*

Quem ad modum hoc ille suspicaretur, quum nosmet ipsi viginti seculorum experientia doctiores idem quod Plato affirmamus (v. not. 2. p. 4. 5. et p. 9. 10.), cui igitur

---

1) Adversarii ipsi iam sibi mediam tenere videbantur inter philosophicam et civilem vitam, qui philosophia in aetatem puerilem relegata viros id vitae genus quod Callicles agebat decere putarent. v. infra Gorgiam 385. a. cum locis Thucydideis compositum.

necessarium erat proclamare: „qui non mecum est, aut a Poli et Calliclis partibus stat aut cum illis facit, qui sine vera reipublicae gubernandae arte versutis imperandi artibus freti civitatem simulata valetudine afficiunt.“

Vidimus, quae opinionum civilisque doctrinae pestis Athenis excitari coepisset Pericle summum imperium tenente. Ostendimus, qui fructus in civitatis perniciem annis progredientibus ex illa doctrina editi fuerint. Tantum abfuit, ut Pericles ad depellendum hoc a republica malum aliquid conaretur, ut illorum placita ipsi placerent. Sed probe scimus, ex solis sophistarum dogmatis atque intermissa eorum prohibitione nullam civitatem in peius ruere; necesse esse alia intermissio gravior, aliae solidiores causae accesserint, ut illam civium corruptionem exstitere potuisse credamus. Hanc graviorem intermissionem, has solidiores causas supplevit Pericles. Reos iam accusavimus Protagoram et Gorgiam (antesignani pro universa cohorte nominantur), Periclem reum, quod hos vitae in patriam impiae magistros non ex civitate removerit, sicuti Plato poetas illegitimos ex sua civitate relegandos praecipit. Hanc omissae relegationis culpam Plato praeterit silentio, quippe per se satis manifestam. Gravissimum autem crimen in eo nititur, quod rempublicam institutis legibusque salutaribus temperare ille omitteret, quod sparsa a sophistis degenerationis semina per se peritura et minus noxia ipse suis tractandorum civium artibus foveret augeretque. Si quovis tempore illa sua instituta inhonesta, hac civitatis conditione nulla magis periculosa fuerunt. Inter sophistarum doctrinam et hanc reipublicae administrandae rationem mira intercessit consensio et communio. Quod illi in schola, hic in republica instituit: quod illi de cathedra hic de rostro declamavit, suis quisque verbis et rationibus idem praedicans. Illi ratiocinationibus, argumentis, narrationibus, accepta pecunia; hic theoricis,

mercedibus iudiciariis, stipendiis, largitionibus, obsequio specieque democratica principatus pretio docuit. Quod navibus per fluctus ventosque vagis portus et ancora, quod seminibus coelum, solum tempusque opportunum est, id sophistarum placitis per se non nimis efficacibus Periclis principatus fuit. Ea ceperunt fundamenta, incrementa, eas radices, vires, ut mox luxuriari coepissent. Quid sine Pericle isti sophistae valuissent? Cum Pericle id valuerunt, quod ex Platonis libris paulo ante generatim descripsimus et infra distinctius describimus. Appellas Protagoram sophistam theoreticum: appellandus Pericles sophista practicus. Atque profecto, si reipublicae Atheniensis conditionem, qualis tum erat quum Pericles rempublicam capessebat, nos ex nostro loco et tempore consideramus; ingenium moresque populi conspicimus similiter Herculi apud Prodicum in compito fuisse positos, dubiosque num vitam et viam virtutis veraeque valetudinis, an voluptatum gloriaeque ex imperio natae illecebras sequerentur. Tum penes Periclem suique officii fuit, inter viam salutis et exitii fluctuantes valida manu in eam partem inducere, qua degenerare prohiberentur, tum insistenda fuerat via illa ardua, quam vera civilis prudentia iustitiae moderationisque non ignara praecepit, qua Atheniensium indoles salva evasisset. Sed Pericles gravissima illius temporis momenta suumque officium neglexit et per triginta fere annos facilem sibique commodam reipublicae administrandae rationem iniebat, qua mores populi tunc ad meliorem partem adhuc revocabiles in futura secula perdidit. Haec ad Platonis sententiam ex eius animo supplendam historiaeque accommodandam praemittere placuit. Nunc ipsam ab initio pedetentim persequamur atque a Gorgia p. 470. e. incipiamus.

Socrates adversus Polum tyrannos cum Archelao isto (p. 471.) miserrimos esse argumentis contendit dialecticis: quam sententiam irridens iste bonus vir beatos istius generis homines Archelaumque imprimis praedicat, et sensum communem omniumque Atheniensium consensum pro se

testantem opponit. Socrates autem disputatorem argumentis dialecticis testimonia opponentem improbans ita pergit: p. 471. e. „*Wenn du gegen mich Zeugen aufrufen willst, dass ich Unrecht habe, so werden sich dir dazu hergeben Nikias der Sohn des Nikeratos sammt seinen Brüdern, Aristokrates des Skallias Sohn und wenn du willst das ganze Haus des Perikles*, (472. b.) *oder welches andere Geschlecht du auswählen möchtest von hier. Ich aber ganz allein gebe es dir nicht zu.*“ Ex quo loco iam colligere licet Periclem inter Poli similes, quod ad opinionem de summo bono pertinet, a Platone relatum esse. Eum vero quoad rerum civilium inscientiam inertiamque (ἀτεχνίαν) Poli similem quoque fuisse ex insequentibus discimus. P. 502. b. poetas tragicos spectatorum magnifico apparatu obtundendorum nimium studiosos cavere diligentia nefaria accusat, ne iniucunda auditu, licet salutaria, dicant: inhiare vero orationibus noxie delectantibus; eorumque artem non minus quam illam concionatricem rhetoricam appellat servientem populo, qui est ex pueris, mulieribus, servis, liberis. „Quid vero rhetores coram Atheniensium concione?“ pergit p. 502. e. Duplex eorum genus: alteri id solum student, ut cives palpent, proprii commodi causa universo populo ut pueris delicias parantes, alteri blandimentis postpositis id religiose spectant, qua ratione cives quam optimi vereque beati fiant. Calliclem nunc cum Socrate colloquentem ingenue audimus confitentem in horum numerum ex aequalibus vivisque nullos quidem, eos vero, qui prioribus exstitere temporibus, Themistoclem, Cimonem, nuperque mortuum Periclem haud dubie esse referendos. Quod Socrates negat, quia eam artem non calluissent, qua cupiditates ad veram animorum valetudinem facientes solae expleantur: quam rem, inquit, sic placide consideremus ne animus aequus desi… iudicibus. „Viri boni est, nil temere (εἰκῇ) dicere, semperque fabrorum more eo spectare, qua ratione illud, quod operantur, iustam accipiat formam. Ut medicorum est valetudinem corporum sic virorum civilium curare animos.

Animorum autem sanitas nititur in iusto et moderatione: (qua in re evincenda tota est Politia.) Quivis ergo bonus orator et reipublicae administrator orationes quibus civium animos afficit, ceterasque operationes quibus aliquid aut offert aut negat, in eum finem accommodabit, ut iustitia [1]) moderatioque civium animis inculcetur, iniustitia vero et intemperantia dematur in medici similitudinem noxium deliciarum appetitum coercentis. Sicut enim nil expedit aegroto miseroque corpori quaslibet delicias haurire, ita nil animis non sanis voluptatibus genioque et quibusvis delectationibus indulgere, quibus melius est, si castigantur et coercentur. Gorg. p. 505.

Hoc loco Callicles confuso animo colloquium continuandum his verbis reiicit: „nulla omnino mihi cura est verborum tuorum, o Socrates, atque hactenus Gorgiae gratia tibi respondi.“ Veram civium salutem vir politicus ad se non pertinere putat! Socrates ipse colloquium sustinere coactus, huc usque disputata in summam complectitur 508. a. b. Iustitia beatos fieri, qui beati sint, iniustitia et quavis pravitate miseros qui miseri: neque igitur artem oratoriam eo abutendam, ut pravis poenae disciplinaeque a iudice paret effugium inultam animis pravitatem inhaerere passa: neque enim poenam correctionemque pati sed impunitatem quam maxime miseros reddere homines: „deinde, pergit, quum inter duo mala iniuriae et inferendae et patiendae prius sit maius, ars quaedam et disciplina quaerenda, cuius ope neque ullam inferas neque patiaris iniuriam: p. 510. a. Ne ullam patiaris, aut ipse in civitate regnes sive legitime sive illegitime necesse est, aut praesenti reipublicae statui (πολιτείᾳ) amicus sis. [2]) Amicus vero maxime similis simili. In qua

1) Elaboratam et expletam iustitiae notionem vide in Politiae libro quarto.

2) „Siehst du Socrates, wie bereit ich bin dich zu loben wenn du etwas richtiges vorbringst“, acclamat Callicles de malleo et incude (supra p. 17.) cogitans.

igitur civitate tyrannus regnat si quis melior exstiterit vir, huic tyrannus amicus esse non potest, sed tali potius, qui eadem laudans et improbans tyranni imperium servitutemque libenter subit: is in ea civitate plurimum valebit, neque a quoquam impune iniuria afficietur.“ Sequitur locus memoratu dignus, quippe qui veram Atheniensium illo tempore iuvenum voluntatem aperiat: 510. d. „*Wollte also in diesem Staate einer von dem jüngeren Geschlecht überlegen, auf welche Weise könnte ich wohl zu grosser Macht gelangen, dass mich Niemand beleidigte: so wäre dies, wie es scheint, der Weg für ihn, dass er sich gleich von Jugend an gewöhnte, dasselbe zu lieben und zu hassen, wie sein Herr, und es darauf anlegte, diesem so ähnlich zu werden als möglich.*“ „Ipse autem tyrannum vel ad tyrannum proxime accedentem δῆμον imitatus longe abest, ut iniuria aliis impune inferenda abstineat, illata careat: 511. a. maximum igitur malum secum semper portat animo domini imitandi gratia in miserias dedito. Quid enim hunc iuvat occidere posse, et opibus spoliare quem libet, quid vitam quam longissime producere et cum aliis artibus ad devitanda capitis pericula inventis tum ad subterfugiendam iudicis poenam rhetoricae illi operam dare? Quam diu ad beatam vitam pertineat animi sani conditio, sine qua nemo beatus esse valeat, tamdiu neminem iuvat animo cum vitiato vitam quam longissimam fovere. Qua de causa etiam vulgo aestimante viles habentur natandi, navigandi, oppidi muniendi ceteraeque vitae servandae artes, et multum abest, ut maximi aestimentur, ut ipse Callicles machinarum fabro filiam nuptum dare aspernetur. (513. c.) Sane igitur patet, illud liberale et honestum aliud quid esse ac servare et servari: atque hoc quidem, ut quam diutissime vivat ei qui vere vir sit non curandum neque vitae amori indulgendum, sed his Deo commissis id spectandum (513. a:) „*auf welche Weise er während der Zeit, die er nun zu leben hat, am besten leben möge, ob wirklich alsdann, wenn er der Regierung* (πολιτείᾳ) *ähnlich wird, unter welcher er*

wohnt. Und itzt also, ob auch du (Calliclem alloquitur) *dem Volke der Athener sollst ähnlich zu werden suchen so sehr als möglich* [1]*, wenn du bei ihm willst beliebt sein und viel vermögen im Staate. Dies siehe zu ob es dir wirklich nutzt und mir.*" Τοῦ δήμου igitur similis esse debet quisquis in eius gratiam subrepere cupiat: atque ille est ex Calliclis sententia bonus virorum politicorum educator, qui τῷ δήμῳ quam simillimos se fingere eos doceat. Callicles mirum quam lepide respondet 513. c. loco omnium, quorum personam agit: „*Ich weiss nicht wie mir gewissermassen gut vorkommt was du sagst, Socrates, es geht mir aber doch wie den Leuten, ich glaube dir nicht sonderlich.*" Iterum in summam reputat: „duplex est ut circa corpus ita circa animum operae genus, altera voluptates et blandimenta, verum bonum spectat altera. Utra sequenda sit, latissime patet. Genuina autem illa circa civium animos operatio ars est, eaque ante discenda quam rem publicam aggrediaris, atque num eam quis teneat documento aliquo probandum. Examinandus est, antequam multos gubernare suscipiat, an paucos vel unum sive filium sive pupillum sive alium ad meliorem frugem iam reduxerit, quem iniustum effusumque acceperit iustum continentemque reddiderit. Idem enim in cunctis civibus efficere debet. p. 515. Pericli ergo efficiendum fuit, ut cives ex pravis reddiderit meliores, si quidem bene rempublicam gesserit. Contra vero audimus (515. e.) Periclem *πεποιηκέναι Ἀθηναίους ἀργοὺς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα.*

Paucis verbis gravia crimina implicuit, quae explicanda sunt. Gravior autem et commodior huic textui ex-

1) Quae verba vim lucemque suam accipiunt, si compertum habes, quid sibi velit Atheniensium civium similem esse. Itaque memor sis, quae de Atheniensibus p. 11—17. praemisimus. Ex Aristophanis equitibus Δῆμον repraesentantibus supple imaginis colores detractis detrahendis.

plicator adhiberi nequit quam Boeckh: (*Staatshaush. I.* p. 241. de theoricis agit, Justinique locum VI. 9. corrigens laudat:) „*Was bei Perikles schon ein Erzeugniss der Selbstsucht war* (theorici distributio), *wurde von unsittlichen Staatsmännern benutzt um auf einen unsittlich gewordenen Volkshaufen zu seinem Verderben zu wirken; wir haben hier einen schlagenden Beweis, wie zerstörend die Sittenlosigkeit derer die an den Staaten stehen für das Wohl der letztern sei. Denn waren nicht die Hauptbeförderer des Theorikon weichliche, sittenlose, tugendhafter Handlungen unfähige Menschen? Jener Agyrrhios, der durch seine Verschwendung der Staatseinkünfte sich so beliebt gemacht hatte*, et caetera.“

P. 314. „*Zur Zeit des Demosthenes war der Staat durch Theoriken arm geworden, es fehlte in den Kassen an Marschgeldern auch nur für einen Tag.*“ *Demosth. gegen Aristokr. S.* 690. „Tunc vectigal publicum, quo milites et remiges alebantur, cum urbano populo dividi c o e p t u m   e s t.“ Iustin. VI, 9. Boeckh. illud „coeptum est“ emendat. — *P.* 313. „*Wäre der Kriegersold von Perikles nicht aufgebracht worden, so würde Athen den Peloponnesischen Krieg nicht so lange geführt haben; die jugendliche Einbildungskraft des Alkibiades hätte den erhabenen (?) Gedanken nicht empfangen können, in Sicilien einen Posten zu erwerben, von welchem aus Karthago und Libyen, Italien und endlich der Peloponnes unterworfen werden sollten. (Thukyd.* 6, 15. 90. *Plutarch. Alkib.* 17.) *D e r   g r o s s e   H a u f e   u n d   d e r   S o l d a t   w a r   g e r a d e   d e s s h a l b   z u   d i e s e m   Z u g e   s o   g e n e i g t,   w e i l   e r   f ü r   d e n   A u g e n b l i c k   G e l d   z u   e r h a l t e n   u n d   E r o b e r u n g e n   z u   m a c h e n   h o f f t e,   w o r a u s   i h m   e i n e   u n u n t e r b r o c h e n e   L ö h n u n g   w ü r d e   g e g e b e n   w e r d e n   k ö n n e n.*“ Cf. Schlosser univ. Uebrs. I, 2. p. 93. 98. Hoc argumento verba φιλαϱγυϱία (quae vox etiam indicat fructum mercaturae a Pericle fundatae, *jenen Händler- und Krämergeist*) et μισθοφοϱία sunt explenda.

Kayssler gymnasii Glogaviensis collega in programmate mense Augusti 1837 edito de iudicio, quod Plato de Pericle fecit, disputans: „Non solum militum iudicumque stipendiis institutis, inquit p. 7., sed tota rei publicae gerendae ratione, quanti pecunia esset facienda, quoque vel turpi modo colligenda ostendebat. Communi enim sociorum aerario non sine dolo malo Delo Athenas translato et quam pecuniam illi ad belli Persici usum conferrent suo arbitrio augere et eius usus nullam rationem reddere non verecundabatur.“ Vir doctissimus ad hunc Gorgiae locum confirmandum scite appositeque adhibuit id quod nos hic omisimus, infra autem suo quoque loco disposuimus.

Videamus de ceteris: Staatsh. I. S. 315. „*Trierarchen sollen selbst früher schon in den Zeiten des Komikers Aristophanes den Sold eines Theiles der Mannschaft veruntreut, und die nicht besetzten Ruderlöcher ihrer Schiffe verstopft haben, damit man nicht sehe, dass zu wenig Ruderer darauf seien. Die Feldherrn, ein Chares und seines Gleichen, verprassten indess die Staatsgelder in Schwelgerei jeder Art ausgezeichnet. Schon Themistokles scheute sich nicht mit einem ganzen Wagen voll Dirnen Morgens durch den Kerameikos hinzufahren; so ist begreiflich, wie Alkibiades Dirnen im Kriege herumführen und zur Befriedigung seiner Selbstsucht* 200 *Talente unterschlagen konnte, wie wenigstens seine Feinde ihm nachsagten; dass Chabrias, nach Theopomp, seiner Schwelgerei wegen nicht konnte in Athen bleiben, dass demselben zufolge Chares Flöten- und Citherspielerinnen und selbst die gemeinsten Dirnen im Felde hatte, und das Geld zu Dingen verbrauchte, die dem Kriege fremd waren. Aber die Athener nahmen es nicht mehr übel, da sie selber ebenso lebten, die jüngern mit Flötenspielerinnen und Buhlerinnen, die ältern beim Würfelspiel; da das Volk zu öffentlichen Gastereien und Fleischaustheilungen mehr brauchte als zu Staatsverwaltung, da es von demselben Chares mit* 60 *Talenten, die er von Delphi*

hatte, beim Siegesfeste für die gewonnene Schlacht über Philipps Söldner sich auf dem Markte speisen liess."

A Pericle, qui praeterea commercio maritimo Asiae luxum Athenas introduxerit (Thucyd. II, 38.) copiisque navalibus civitatem tumidam inflarit, hanc luxuriandí consuetudinem fundatam fuisse atque ex his luxuriae fluctibus ἀργίας καὶ δειλίας paludem stagnasse Plato queritur. Latet autem etiam sub illo generali δειλίας nomine singularis accusatio, quod Athenienses in propugnanda civitatis salute in dies magis inertes socordesque militibus mercenariis patriae ipsorumque discrimina mandare per Periclem didicerint: quam impietatem Demosthenis demum aetate summum fastigium assecutam, Periclis aetate iam fotam [1]) Plato animadvertit. En qualis draconis dentes Pericles inventis theoricis, stipendiis mercedibusque iudiciariis seminaverit.

Reliquum illud loquacitatis (λαλίας) nomen partim ad illam loquendi libidinem otiis occasionibusque per mercedem iudiciariam datis amicam, prudentibus negotiis actionibusque inimicam, [2]) partim orationum auscultandarum aviditatem partim ad illam spectat concionatricem eloquentiam, cuius vim fructusque Pericles exemplo suo civibus quam maxime desiderabiles exposuerat. Contra quanto honestior et liberalior Lacedaemoniorum breviloquentia videri debebat, quam sine dubio in animo habuit quum illud λάλους scripsit.

---

1) „Die Athenische Macht beruht mehr auf Söldnern als auf Einheimischen." Thucyd. I, 121.

2) Plutarch. Alkib. 17. (de expeditione in Siciliam ab Alcibiade suasa sermo:) „Und die junge Welt war sogleich auf seiner Seite schon schwindelnd von Hoffnungen, und hörte von den Aeltern viel Wunderbares von dem Kriegsschauplatze erzählen, so dass Viele in den Ringschulen und Halbzirkeln (ubi colloquendi cupidinem explere licuit) herum sassen, die Umrisse der Insel und wie Lybien und Karthago liege in den Sand zeichnend. Demosth. Philipp. I. cap. 4. graphice forensem civium loquacitatem delineavit: „λέγεταί τι καινόν; τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ."

Mere declamatoria neque minus a vera historia quam a vera philosophia abstracta sunt Aelii Aristidis (v. supra p. 6. 1.) pro Pericle responsa (ed. Jeeb tom. II. p. 147. 148. interp. latina): „Sin ita pecuniam contempsit, ut nescio si quis unquam fecit alius, quomodo avaros eos reddidit, aut in quo praestabat ipse alios corrupit? Quasi Rhadamanthum diceres periurium in hominum vitam introduxisse.... Ergo Periclem quoque, si prius vilem, ignobilem, humilem atque avarum ostenderis fuisse, tum demum alios tales reddidisse dicas.... Pericles partim dicendo docebat Athenienses, in quo nihil erat illiberale nec ignobile, partim vitae suae exemplum praebendo. Utrum igitur, cum talis esset qualem audimus, honestam eis vitam praescripsit, an quae lucro esset dedita et a virtute remotissima? Atqui dicentem quidem in concionibus audiebant, vitam autem quotidie spectabant. Quocira si ad ipsum respiciebant pecuniam erant contemturi. Age vero alia quoque huius crimina consideremus. Loquaces ait eos reddidisse; at ipse non erat loquax: ociosos; at hic operosus erat: ignavos; hic fortitudine excelluit: avaros; hic opes contemnebat acerrime. Absurdum enim est si qualis erat ipse, tales non reddidit, qualis erat minime, tales effecit.“ (*Sane Plato firmius et gravius argumentatur, qui de factis cum adversariis consentit, de iudicio dissentit.*) „Nam mihi quidem contra videtur, quantum in se fuit, dextros, (δεξιούς) operosos, (ἐνεργούς) fortes, (ἀνδρείους) magnanimos (μεγαλοπρεπεῖς) fecisse. Ne haec amplius, o Plato; verum aut non erant Athenienses tales quales dicis, aut quivis potius quam Pericles eius rei causam praebuit.... Plato dicebat, non esse populo adulandum; Pericles maxima usus est libertate“: (*si Thucydides integras refert orationes*) „pro iustitia pugnandum esse; hic tali tempore, quale mox explicavimus, depugnavit“: (*pro iustitia?*) „non esse cupiditates implendas; hic eos cohibuit (?)... Quapropter quaecunque Plato docuit, ea fecit Pericles.“ (*Audite, plaudite!*) „Quomodo quis ergo magis secundum Platonis decreta vel vivere potuisset,

vel rempublicam regere? Aut quis eum potius defendere, si quis accusaret, quam Plato debebat?" (*Ohe iam satis!*) „Iam nec hoc minimum est Pericleae virtutis signum, neque ipsum Athenienses vel corrupisse, vel avaritiae aut lucro studio assuefecisse, quod nec tributa Pericles in infinitum (*attamen ex quadringentis in sexcenta talenta*) auxit." En Periclis a bono declamatore defensi specimen! Nostrae scriptionis ratio ab oppugnanda tali defensione aliena quominus plura afferantur vetat. Sin tamen negligentiae in hunc scriptorem accusandi videamur, angustiae libelli excusent, praesertim quum programma illud p. 26. laudatum accuratius respiciendum sit. Kayssler ibi p. 10. de Thucydide et Platone haec verba facit: „Specie tantummodo inter philosophum atque historicum dissensio est. Alterum alteri non adeo refragari, quam mancam atque imperfectam rationem supplere ac corrigere facile intelligitur. Aliter nimirum rerum scriptor aliter philosophos iudicat. Thucydides iustus ubique sive prudentiae civilis bellicaeque sive calliditatis aestimator nihil altius spectans de Periclis prudentia sententiam fert honorificam, cui accedamus necesse est. Rerum autem statum postea misere perturbatum, mores depravatos, duces qui populo praeerant illo (*Pericle*) multo peiores animo consideranti est, quo Thucydidem excuset, si pleniore (*quam aequum fuit*) ore priorum, ut Pericles virtutes quibus certe civitas stetit incolumis (*simulata incolumitas*) laudare (*laudator temporis acti*) atque minus severe (*quam iustum erat*) iudicare videatur. Aliter Plato, cuius excelsius (*zu überschwänklich*) fuit ingenium, quam quod se intra angustos rerum terrenarum fines contineret, sed ad mundum intelligibilem evolans non quales res humanae essent, sed quales esse deberent exploravit." Concludit vir d. p. 11. disputationem, recte Platonem Pericli exprobrasse, quod mala quae ex sua rerum gubernatione emanatura essent non praesagiret, sed accelleraret, et futurum patriae exitium suo praesenti commodo suaeque gloriae postponeret. Ita Kayssler. Huius

sane sententia in Protei modum variat! Primum: „Thucydidi accedamus necesse est,“ tum: „e x c u s a r i debet, quod ore pleniore Periclem celebravit“ deinde: „Platoni tale crimen inferendum, quale illud Stuben- vel Schulphilosoph (supra p. 10. 1,) redolet“, postremo: „iure Plato Periclem criminatur.“ Et tam diversa et aversa iudicia eadem pagina uno tenore fluunt. Ad postremum illud primum animadvertamus, discipulum Socratis esse scholae, notionum, idearum nimis tenacem atque a vitae rerumque usu et experientia abalienatum: num vir d. iam oblitus est, quanto studio et consilio Platonis iustam legum institutorumque civilium notitiam per itinera acquisitam p. 1. 2. defenderit? Quomodo p. 1. et 2. Plato civili experientia imbutus praedicari potest et p. 10. idem imperfectae rationis insimulari, quod non quales res humanae essent exploraverit? Si Thucydides legitimus iudex, quia compertum habet, quales res humanae sint, etiamsi ignoret quales esse debeant: quidni Plato dupliciter legitimus, qui hoc quoque compertum habet et illud non ignorat? Deinde duplices in una causa iudices admittuntur a viro d. iique non specie tantum sed revera toto pectore discordes. „Thucydides II, 65., inquit Kayssler p. 9., tale facit de eo iudicium, quod ut caute perpensum belloque demum Peloponnesiaco finito confectum, (*de hac re vide nos infra*) ita e regione Platonico oppositum esse videtur.“ Non videtur solum, sed revera e regione oppositum est. (Oppositum i. e contrarium, non congruens; de tacita Gorgiae refutatione non cogitandum.) Etenim quantum historicus et philosophus in factis tanquam fundamentis iudicio subiiciendis concurrunt, tantum in iudicio ipso ferendo dissident. In rebus ex historia hauriendis maxima consensio: in meritis ex rationis regula metiendis summa discrepantia. Quid autem ea sibi velint, quae de manca alterius per alterutrum supplenda ratione (p. 10.) auguratur, non pleno sensu intelligo. Qua in re Thucydidem Plato suppleat, id quidem in promtu est: discat enim historicus quales res esse debeant, discat laudes viris

civilibus distributurus non speciosam splendidamque praesentis proximique temporis conditionem, non simulatum civitatis vigorem spectare, sed paulo longius remota tempora certiores reipublicae bene maleve administratae testes consulere et infelicem civium habitum externo civitatis splendore tectum detegere. Thucydides vero quid Platoni addat? multiplicem singularium rerum notitiam, qualis ad bellicam Periclis imperatoriamque virtutem aestimandam requiritur? De Pericle duce non agit Plato. An plura scit Thucydides, quae in rebus civilibus domi egregie gesserit? Quaecunque in libris suis de Periclis rebus gestis narrat, ea Platoni incognita fuisse quis contendere audebit? An magis verus et certus Thucydides? „Religiosam prae se fert eorum quae re vera facta sunt indagationem.“ Recte! Num vero philosophum putabimus in commentis inanibusque narratiunculis iudicii sui fundamenta iecisse? Nihil restat nisi ut dicas magis certum et aequum eorum quae Pericles de civitate bene meruerit esse arbitrum. Quod si dicis, disputatio de Thucydide narratore et historico desinit, incipit de Thucydide iudice et philosopho; atque iam eo redit, quo a nobis revocata est. Quae cum ita sint, simulatque vir d. Platonem neque quales res sint neque quales esse debeant ignarum esse censuit, consentaneum illi fuit Thucydidis iudicium examini critico denuo subiicere atque inferius Platonico esse demonstrare. Quicunque enim philosophum accipit, historicum reiiciat necesse est. Cum utroque facere non est ingenii sibi constantis. Vir d. sine dubio qua Thucydides viget auctoritate correptus et fortasse veritus ne ab historici fautoribus negotia sibi excitaret, cum his potius quam secum stare maluit.

Redeamus ad Gorgiae contextum (p. 24) et videamus, quid Callicles Periclem condiscipulum [1]) defensurus respondeat:

---

1) Pericles inter Gorgiae discipulos a Suida nominatur. Polum et Calliclem Gorgiae discipulos exponendo commonefacere voluit scriptor Periclem praecepta eadem accepisse: unde intelligitur, cur Callicles Periclem cum ceteris defendat. Defendit suos eiusdem factionis, eiusdem scholae.

„Haec crimina ab optimatibus Pericli adversariis Lacedaemoniorumque partes sequentibus audiuntur.“ (515. e.) Quam obiectionem (a nobis paulo infra curatam) negligens: „id quidem non solum audimus, inquit Socrates, sed probe scimus initio Periclem ab Atheniensibus, quamdiu deteriores erant, famam obtinuisse nullo crimine argutam: postremo vitae curriculo repetundarum accusatum in mortis periculum incidisse. De hac causa consulamus Boeckhii Staatsh. I. 210: „*Selbst der grosse Perikles scheint nicht frei von Finanz-Veruntreuung gewesen zu sein. Allgemein ist die Sage, dass er mit seiner Abrechnung in grosser Verlegenheit war, und da man längst unzufrieden mit seiner Verschwendung war, endlich Rechenschaft über seine Geldverwaltung verlangte. Die Wichtigkeit der Sache erhellt aus dem dabei vorgeschlagenen Verfahren. Die Rechnung sollte vor den Prytanen abgelegt werden; nach dem Volksbeschlusse des Drakontidas sollten die Richter auf der Burg vom Altar abstimmen, welches die feierlichste Entscheidung war. Um diesen Handel niederzuschlagen, wobei er ein Opfer der Partheiwuth zugleich und eigner Untreue werden konnte, soll Perikles die Kriegsfackel entzündet haben: (Plut. Per. 31. 32. Diod. 12, 38. ff. Aristoph. Frieden 604 ff. und Schol.) eine harte Anklage, welche aber verringert wird, wenn man bedenkt, dass mehrere Anlässe zusammenkamen, und dieser selbstsüchtige Bewegungsgrund andere nur verstärken mochte. Den Perikles hievon ganz loszusprechen, wage ich um so weniger als auch zur Unternehmung des Samischen Krieges Aspasia soll beigetragen haben.*“ — Pergit Plato: „quemadmodum si quis pastor, quae pecora mansuetiora accepit, feriora reddit, nullo pacto bonus gregis curator dici potest, ita Pericles, Atheniensibus ex mansuetioribus in maiorem ferocitatem et iniustitiam (qua voce cuiusvis generis pravitatem comprehendit) traductis, bonum reipublicae praesidem minime se probavit: Gorg. p. 516. „οὐκ ἀγαθὸν τὰ πολιτικά.“

Cimon, cuius vestigia Pericles pressit eodem fine proposito, ita ut felicior Cimon dici possit, in iudicium vocatus iisdem argumentis cadit. Quod ideo commemoravimus, ut historicos Periclem a Platone defensuros admoneamus, ne Platonem clandestinum aristocraticarum in urbe partium asseclam putent. Exagitat Periclis castigator, exagitant Periclis laudatores Cimonem Periclis aemulum: duo idem faciunt. Utrum is, qui alterarum partium studiosum se profitetur, an is, qui utrasque partes aequo iudicio tractat, maiorem fidem meretur? Neque philosophum nimio Lacedaemoniorum studio institutorum obcaecatum fuisse eius sententia testatur, Lacedaemonios in dimidia via imprudenter restitisse, instituta bene incepta imperfecta reliquisse. [1]) Sane apud illos nil laudaverat, nisi quod optimo iure nunc quoque laudatur. [2])

„At forsan Platonem fugit Periclem alia praeclare gessisse, latuitque oculos in unam partem ultra modum defixos, quantam et quam magnificam civitatem cum illis viris reddiderit." In promtu est responsum. Probe comperta habet, quae ille gesserit, sed non incrementa putat, sed detrimenta. Gorg. 518. e. „*Vollkommen ebenso* (ut statim descripturi sumus) *gehst auch du jetzt zu Werke, Kallikles, und lobpreisest Menschen, welche Andere auf solche Art bewirthet haben mit allem, wonach sie nur gelüstete, vollauf und von denen es nun heisst, sie hätten die Stadt zu ihrer Grösse erhoben; dass sie aber eigentlich nur aufgedunsen und innerlich anbrüchig sei durch das Verfahren jener Alten, das merkt man nicht:* (ὅτι δ' οὐδεῖ καὶ ὕπουλός ἐστι δι' ἐκείνους etc. Periclem cum Cimone, Themistocle, Miltiade dicit). *Denn ohne auf Besonnenheit und Gerechtigkeit zu denken, haben sie nur mit ihren Häfen und Schiffswerften und Mauern und Zöllen und*

---

1) Vide iudicium de Lycurgi legibus, Leges I. intra paginas 630 et 640.
2) Cf. Thucyd. I, 18. „Lacedämon genoss von Altersher einer guten Verfassung, und blieb stets ohne Zwingherrschaft."

derlei Possen (τοιούτων φλυαριῶν) *die Stadt angefüllt. Wenn nun der rechte Ausbruch der Krankheit erfolgen wird, werden sie die derzeitigen Rathgeber anklagen, den Themistokles aber, den Perikles und Kimon die Urheber des Uebels werden sie lobpreisen*"

„Quid, quaeso, ovantes exclamabunt Platonis cavillatores, portus, navalia, muri, vectigalia nugae! Quem vectigalium redituumque rem (*Finanzwesen*) negligere non pudet, ipse ingenium viro civili impar et cunctarum rerum civilium haud capax prodit!" — Ad huius generis locos pertinet id quod supra (pag. 8.) monuimus, opus esse Platonicae disciplinae naturam ante perspectam habeas, quam singularis quaedam Platonis sententia salva sua integritate percipi possit. Illud φλυαριῶν statim tolerabilius videbitur his consideratis. Caput huius accusationis est, quod Pericles reipublicae administrandae viam muniverit salutari prorsus contrariam, quae ex necessitatis lege ad occasum rempublicam rapide ferret. Perfectam Politiae suae imaginem in civitate uno impetu exprimendam profecto nemini imperat: a quoque vero requirit, eam ingrediendam esse viam, qua respublica si pergere continuat ad perfectionis fastigium paulatim denique ascendat; minime vero eam, qua quo magis pergat eo magis ruinam suam acceleret. Atque hanc perniciosam reipublicae gerendae rationem Pericles secutus est. Quomodo enim alioquin eius in principatu successores, qui viam ab ipso munitam insistebant, quavis vice in deterius degenerare potuissent? Neque tum immerito illa civitatis ornamenta et subsidia cum hoc malo compensata nugae dicuntur. Quid enim iuvant muri, aedificia, si civitas eo ipso quod muris aedificiisque munitur, in dies magis ruinae a bellis civilibus metuendae obvia fit? Quid iuvat classe ornare civitatem, si ornata idem valet atque onerata, ut citius belli civilis fluctibus demergatur? Pericle vivo quidem pernicies illa eo minus sentiebatur, quo magis omnis generis delectationibus simul cives afficiebantur, (Thucyd. II, 38.) haud secus atque aegrescens de morbo imminente inter

delicias haustas fallitur. Atque dent Periclis laudatores, infaustos insequentium temporum fructus ad veras radices retulisse Platonem, ex cuius sententia civium indoles in peius ruens, (Thucyd. III, 82. 83.) plebs panem et Circenses clamitans, Cleonis principatus, Alcibiadis in Siciliam expeditio, respublica per nefarios Poli Calliclisque aemulos subversa, publica illa ducum caedes (a. 406 a. Chr.) et reliqua morbi per Periclem illati necessaria fuerant incrementa.

Sed ipsius verbis audiamus, quatenus illa ornamenta et subsidia nugae appellandae sint: 517. b. c. „*Ich tadle ja auch diese Männer nicht*, *sofern sie Diener* (διακόνους) *des Staats gewesen sind*, *vielmehr scheinen sie mir als solche weit besser* (διακονικώτεροι) *gewesen zu sein als die ietzigen*, *und weit geschickter dem Staate das zu verschaffen wonach ihn gelüstete. Aber seine Gelüste umzustimmen und ihnen nicht nachzusehen*, *sondern durch Ueberredung und durch Gewalt ihn zu dem zu bewegen wodurch die Bürger besser werden können*, *darin*, *dass ich es gerade heraussage*, *waren jene nichts besser als die jetzigen*, *und dies ist doch das einzige Geschäft des rechten und guten Staatsmannes. Allein Schiffe und Mauern und Werfte zu schaffen und vielerlei dergleichen*, *darin gestehe auch ich dir gern*, *dass jene weit stärker gewesen sind als diese.*“ Quam sententiam in sequentibus (p. 517. c. et sqq.) ita enucleat: Habet gymnasticus et medicus, genuinus valetudinis corporeae curator, fabros artificesque secundarios mercatores, coquos, pistores, sutores, coriarios et huius generis alios, quibus quid in cibis vestibusve bonum malumve sit nesciis imperat ipse haud inscius. Quinam egregii corporeae virtutis artifices in civitate nostra exstiterint quaerenti si quis Thearionem pistorem, Mithaecum de Sicula coquendi arte scriptorem, Sarambum institorem commendaret, perinde ridiculus esset atque qui Periclem ideo verum politicum putaret, quod splendida aedificia et spectacula parasset videnda, portum amplum, ampliorem classem

adornasset, eo prorsus neglecto, ad veramne civitatis salutem haec omnia tenderint: nam hac demum conditione hae res ad verum politicum pertinent. [1]) Verbis illis: „*wenn der Ausbruch der Krankheit erfolgen wird*“ (p. 34.) innuit, quae apertius proferre dialogi fines vetabant, ipse autem clare perspexit: Periclem Athenienses docuisse, ne quidquam in socios iniquum videretur; illos decere opum direptiones pati, ipsos raptis urbem amplificare: [2]) id vero prudenter celasse, talibus iniuriis cumulatis nunquam defutura bella civilia.

Hactenus Gorgias dialogus, in quo componendo Pericles ob oculos Platoni continuo versatus fuisse videtur. Non tantopere in Protagora, ubi Pericles ex ea parte recensetur, quae disputationi proxima est. Prot. p. 319. b. c. „Athenienses, si de aedibus publicis vel navibus aedificandis vel quavis alia huius generis re consulunt, alios ad suffragium ferendum non admittunt, nisi quos illarum artium peritos sciant: neque aliter agunt in omni genere, quod doctores discipulosque habet: si qua vero de republica administranda opus est consultatione, aeque in consilium adhibent (319. d.) fabros quoslibet, sutores, mercatores, navium patronos, divites, pauperes, nobili humilive loco natos; neque horum cuiquam docturo quamvis ex nemine docto obstrepunt, sicuti in fabrorum rebus obstrepere solent indoctis. Unde latissime patet, negare Athenienses reipublicae administrandae artem doceri posse.

---

1) Ipse Thucydides (VII, 77.) Niciam dicentem facit: „Männer sind es und nicht Mauern oder menschenleere Schiffe, die eine Stadt ausmachen.“

2) Ex Herodoto (IX, 116.) accepimus, Persas Asiam censuisse mancipii sui: „die Perser meinen, ganz Asien gehöre ihnen und ihrem Könige zu.“ Eadem ratione socios pro mancipiis et servis habendos Atheniensibus Pericles inculcavit.

Atque ne solam civitatem ita sentire dicam, pergit Socrates, ne privatim quidem civium nostrorum sapientissimi et optimi quam tenent virtutem cum aliis possunt communicare. Sic Pericles filios, quantum quidem ex magistris pendebat, bene educavit: qua in re vero ipse prudens exstitit, neque ipse instituit, neque instituendos aliis tradidit, (p. 302. a.) sed ipsi oberrantes pascuntur a custodia liberi (νέμονται ὥσπερ ἄφετοι), si forte fortuna usquam suapte natura in virtutem incidant. Talia neque profecto in Periclis laudes monet philosophus iuvenili in hoc viro iudicando continentia causae suae magis quam sibi confidens in Protagora dialogo, quem decennio fere ante Gorgiam adolescens viginti circiter annorum composuit. Cui sententiae priusquam vim lucemque suam afferamus, animus in Lachetis dialogi exordium p. 178 — 180 advertendus est, ubi de neglecta puerorum cura, peste universae reipublicae communi, questus haud inanes fiunt: patres familias aliena libentius quam sua curare, quamvis diligentior liberorum educatio unicum sit patriae corruentis praesidium. Theaeteti dialogi quoque locus p. 144. inspiciendus est, ubi Socrati a Theodoro geometra quodam commendatur Theaetetus, cuius amplam rem familiarem a tutoribus subreptam esse Socrates sciscitans edocetur. Adde orationes in tutores avaros a Lysia in Diagitonem et a Demosthene in Aphobum et ab aliis scriptas, quos Boeckh Staatsh. I. 379. nota 200. commemorat. Neque minimum accedit educationis publice neglectae documentum, quod actiones pupilli contra tutorem non aeque inter causas publicas relatae sint, atque sycophantarum delationes et aliae huius generis. Boeckh. I, 376—381. et nota 203. p. 380. Ad locum Protagorae cum duobus aliis copulandum revertamur, unde haec duo ex Platonis animo colligenda videntur, primum, Periclem neque ipsum artis suae i. e. reipublicae gubernandae rationem reddere neque aliis tradere potuisse: deinde neque suos ipsius liberos ita ut a tali viro iure exspectatur educasse, neque ulla lege de

pueris publice curandis lata veris patriae [1]) suisque [2]) commodis prospexisse: atque quae res in republica administranda maximi momenti et prae ceteris observanda putatur, eam aut prorsus non intellexisse aut intellectam levitate vero principe indigna neglexisse.

Quae in Protagora obiter magis quam ex proposito commemorata invenimus, ea Meno dialogus argumentis amplificat distinctioribus. Num arte quadam et disciplina bonus vir fieri possit disputatur p. 93. (Qua de re quaestionem imperfectam in Menone relictam in Politia absolvit affirmatque: tota enim eius civitas ibi constructa eo tendit, ut patefiat, quae ratio et via ad bonos viros educandos ingredienda sit.) Themistoclem, Aristidem ipsos sibi quidem bonos viros fuisse, ad filios vero eam virtutem transferre nulla ratione calluisse narrat Socrates subtili macula eorum virtuti aspersa. Tum pergit p. 94. a. b: „*Willst du den Perikles, diesen so herrlich weisen Mann,* (οὕτω μεγαλοπρεπῶς [3]) σοφὸν ἄνδρα, ironia acrior quam in Protagora,) *so weisst du ja, dass er zwei Söhne erzogen hat, den Paralos und Xanthippos. Diese nun hat er im Reiten unterrichten lassen nicht schlechter als irgend ein Athener, und die Tonkunst und die Leibesübungen und was nur Kunst ist liess er sie lehren nicht schlechter als einer; aber zu tüchtigen Männern wollte er sie etwa nicht machen? ich denke wohl, er wollte; aber das lässt sich vielleicht nicht lehren!*“ Quam opinionem ut minime tolerabilem persequitur: neque tamen huius scriptionis esse putat istam virtutis in alios transferendae impotentiam accusare et damnare: quae tacite secum in illos viros meditatur neque manifestat

1) Infra p. 42—44. legas rem argumentis explicatam et quaeso, statim legas.

2) Privatas per filium Xanthippum offensiones in animo habemus, v. p. 13. nota 1.

3) Hanc μεγαλοπρεπῆ σοφίαν Phaedri locus, quem p. 44—45. descripsimus, interpretatur.

neque celat: p. 96. e. „bonos viros debere et utiles esse, utiles autem fore res nostras bene gerentes, rem autem bene gerere neminem posse sine arte et scientia boni statuimus. Fortasse id non recte statuimus.“ Quis non odoratur dissimulatorem collata sententia p. 99. b: „*Nicht also durch irgend eine Weisheit noch als Weise haben diese Männer die Staaten geleitet, Themistokles und die Andern. Daher waren sie auch nicht im Stande Andere zu solchen zu machen, wie sie selbst sind, da sie selbst nicht durch Erkenntniss solche waren. Also wenn nicht durch Erkenntniss so ist die richtige Vorstellung* (ὀρθὴ δόξα) *das übrig bleibende vermittelst dessen die staatskundigen Männer die Staaten verwalten, ohne was wahre Einsicht betrifft besser davon zu sein, als die Orakelsprecher und Wahrsager. . . . Den Staatsmännern könnten wir nicht am unverdientesten unter allen diesen dasselbe beilegen, dass sie göttlich sind und begeistert angehaucht von dem Gotte, wenn sie durch Reden viele grosse Geschäfte glücklich vollbringen, ohne etwas eigentlich zu wissen von dem worüber sie reden.*“ Quod hic Plato Pericli in vitium vertit, breviter comprehenditur verbis: nescivit, quid egerit, malos administrationis suae fructus providendi impotens: an potius opinemur providisse quidem, sed prudentem futura reipublicae damna admittere quam praesens suum imperium amittere maluisse? Eo semper redit accusator, Periclem viri civilis exemplar, quod habebatur, non habendum esse; quaecunque egerit, egisse impulsus fortuitos, simulata et fucata commoda pro vera patriae salute secutum scientia directrice spreta, irrisa: postremo nostra loquela Platonis sententia sonat: „Er war ein Routinier.“

Mirum, ni in Politia, quae Alcibiadem libro octavo sine nomine insignem depinxit, tacita in Periclem subesset allusio. Nos libro VI. pag. 483. Periclem tactum

suspicamur. (Schleiermacheri interpretatione utor paululum mutata et, ut credo, correcta.) „*Jeglicher von den Lohndienern, welche die Philosophischen für Sophisten ausgeben und für ihre Nebenbuhler halten, lehrt der Menge nichts anders als eben dieselbe Lehre, welche ihr beliebt wenn sie versammelt ist, und er nennt das Weisheit, wie wenn einer eines grossen und starken Ungethüms was er sich aufzieht Triebe und Begierden verstehen gelernt hätte, von welcher Seite man sich ihm nahen muss und von welcher es berühren, und wann es am wildesten ist oder wieder am zahmsten und wodurch es beides wird, und die Töne, bei welchen Gelegenheiten es sie von sich giebt und wie oft sich diese darbieten, und wiederum durch was für Töne eines andern es besänftiget oder aufgebracht wird, und nachdem er dies alles gelernt durch lange Erfahrung und Umgang, es dann Weisheit nennen und als eine Kunst zusammenstellen wollte, um sich zum Lehrer darin aufzuwerfen, und ohne in der Wahrheit irgend etwas von diesen Vorstellungen und Begierden zu wissen, was davon schön ist oder hässlich, gut oder schlecht, gerecht oder ungerecht, doch alle diese Benennungen brauchte für die Vorstellungen* (δόξαις), *das gut nennend woran es Vergnügen findet, und das schlecht was ihm Verdruss macht, eine andere Erklärung hierüber aber nicht zu geben wüsste, als nur dass er das Nothwendige gerecht nennte und schön,* [1]) *wie weit aber die Natur des Nothwendigen und des Guten von einander verschieden sind, das weder je gesehen hätte noch einem andern zu zeigen vermöchte.*“ (Animal magnum imaginem esse plebis nemo non videt.) „*Ein solcher nun dünkt dich der nicht ein ungereimter Erzieher zu sein? Und dünkt dich etwa von diesem verschieden zu*

1) Apud Thucydidem illud „τοῦτο χρήσιμον· ἀνάγκη γάρ“ summa lex est et veritas. V, 90. 105. Cf. p. 16. nota 1. locum de Atheniensium Thucydidisque macchiavellismo.

sein, der es für Weisheit hält, der bunten von allerwärts her zusammenströmenden Menge Lust und Unlust gefasst zu haben, sei es nun an der Malerei oder Tonkunst oder an den bürgerlichen Verhältnissen? (e. gr. Areopago imminuto genio civium democratico indulgere). *Denn dass wenn einer mit solchen verkehrt, ihnen Dichtungen oder andere Werke für das Volk oder Dienstleistungen für den Staat ausstellend, wodurch er sich die Menge zu Herren setzt, mehr als es die Natur der Sache mit sich bringt, diesem die sogenannte Diomedische Nothwendigkeit entsteht alles zu thun was jene loben ist klar.*" Nulla arte quisquam cogi potest, subtilissimam Periclis notam paulo supra p. 40. „*und dünkt dich etwa etc.*" agnoscere. Sed ut Plato interrogatus sit, num prior pars huius loci in Thucydidem, posterior in Periclem quadret, sine ulla haesitatione philosophum affirmaturum aio. Mireris forsan, quid musica ad Periclem? Pericles odeum solis musicis destinatum condidit, ubi Atheniensibus id permissum erat, quod Plato summo studio vetandum praecipit in Polit. p. 424. c. „*Neue Musikarten einzuführen, muss man scheuen, als wage man dabei alles, weil nirgends die Weisen der Musik geändert werden als nur zugleich mit den wichtigsten Staatsgesetzen, wie Damon sagt und ich auch gern glaube.*"

Licet Alcibiades uterque, si Schleiermacherum audis, non a Platone compositus esse videatur, ipse tamen criticus quos Platoni abnegat libros multa Platone digna continere concedit. In introductione in priorem Alcibiadem (versionis II, 3. pag. 294. „*dass Perikles, wiewol ein trefflicher Staatsmann und hier mehr als irgend in andern Platonischen Reden ohne Spur von Ironie gepriesen, dennoch keinen klug gemacht habe,*") id eum offendisse dicit, quod in hoc dialogo magis quam in aliis locis Pericles sine ulla simulatione laudatus sit; defectu igitur nimiaque continentia auctorem ignotum peccasse: in contrarium vero vitium incidisse Alcibiadem alterum,

qui locum abundantis in Periclem audaciae exhibeat. Periclis enim trucidandi consilium Alcibiadi subditur. p. 144. a. Qui ad quaestionem nostram pertinent loci, quia maximam partem Gorgiae et Menonis sententias repetunt, notati sufficiunt. Alcib. I. p. 132. a. II. p. 141. a. ubi Alcibiades precibus a Diis petit tyrannus fieri civitatis Atheniensium. II. p. 145. b. c. scientia τοῦ βελτίστου eadem quae τοῦ ὠφελίμου. Alcibiad. I. pag. 133. e. de politico quid agat inscio. I. p. 134. a. b. „muri, classis, navalia ad beatitudinem civitatis minus necessariae sunt res quam virtus." I. p. 103. 104. Alcibiades aemulatur Periclem, qui Athenis et per universam Graeciam quidlibet perficere valeat. I. p. 118. b — p. 119. a. Periclis usu neminem sapientiorem factum esse. Illud ἐμπειρικόν eius ingenium (cf. p. 39.) magis hic eminet quam in Menone, qui neminem per Periclem bonum factum esse notat. Socrates alloquitur Alcibiadem: „*Aber nenne mir doch sonst einen Athener oder Fremden, Knecht oder Freien, der wirklich angeben kann, dass er durch den Umgang des Perikles weiser geworden ist, wie ich dir anführen kann, durch den des Zenon sind es Pythodoros der Sohn des Isolochos und Kallias der Sohn des Kalliades, die jeder dem Zenon hundert Minen bezahlt haben und ganz weise und berühmt geworden sind.*" *Alk.* „*Beim Zeus, das kann ich nicht.*" Non ineptum censeo hic obiter admonere, quam praeclarum aliud viri civilis eruditi exemplum habeat ostendendum philosophia: Epaminondam dico Lysis Pythagorei alumnum. Corn. Nep. Epam. 2. Ii Alcibiadis loci accuratius nunc tractandi, qui rem nostram augent. Alcib. I. p. 119. a. Ad Alcibiadis verba „*Beim Zeus, das kann ich nicht*" respondet Socrates: „*Was gedenkst du nun aber mit dir selbst zu thun? es so zu lassen, wie du jetzt bist, oder irgend Fleiss anzuwenden? Alk. Das wollen wir noch mit einander berathen, o Sokrates; wiewohl ich verstehe was du sagst und es zugebe. Denn mir scheinen die, welche die Angelegenheiten der Stadt*

besorgen, bis auf wenige (quinam sint, v. Gorg. 521. d.) *gar ununterrichtet zu sein. Wenn sie nun unterrichtet wären, dann müsste freilich wer es unternehme mit ihnen zu wetteifern erst lernen und sich üben, und dann gegen sie auftreten wie gegen gelernte Kämpfer. Nun sie aber auch ganz unkundig an die Staatssachen gegangen sind, was soll man sich erst Mühe geben mit lernen und üben? Denn das weiss ich ja doch, dass ich diese schon durch meine Natur gar weit übertreffen werde. Sokr. O weh, Bester, was hast du da gesagt! wie unwürdiges deiner Gestalt und deiner übrigen Eigenschaften, wenn du deinen Wetteifer nur nehmen willst gegen die Leute hier. Alk. Gegen welche denn sonst? Sokr. Sollte das ein Mann, der so gross denkend sein will, auch noch fragen?* Urbanum opprobrium! En, cum talibus hominibus, inter quos Midias coturnicum alitor et educator fuit, (v. p. 120 a. b.) contendere Alcibiadem non puduisse certaque victoriae spe superbire legimus. Quid de adolescentulis deterioris notae exspectemus? Atque sane erat illud quod Pericles edidit exemplum pestiferum, quod subsidiis artis studiornmque spretis sua quisque natura ad principatum de ceteris civibus obtinendum aptus sibi videbatur, dummodo stipendia, spectacula et alia blandimenta τῷ δήμῳ offerret, hac in re praecipue Periclis successu doctus et incitatus. Recte hanc exagitationem Platoni tribuimus licet in dubii auctoris dialogo legatur. Hic erat prior Alcibiadis I. locus: quocum historici consentiunt. Schlosser I. 2. p. 94. „*Es ward angenommen, dass jeder Soldat nicht nur hinreichend zum General gebildet sei, sondern auch neben den Kenntnissen das zu einem Oberbefehl nöthige Selbstgefühl besitze.*“ Alterum invenimus p. 122. b. De iusta et vere regia educatione qua apud Persas regum filii instituantur locutus Socrates: „*Dir aber, o Alkibiades*, inquit, *hat Perikles zum Erzieher bestellt, den vor Alter unbrauchbarsten unter seinen Hausleuten, den Thraker Zopyros.*“ Tam fervido ad bonum et malum facilique adolescenti

senem decrepitum! Gravius crimen, quod in neglecta Alcibiadis educatione versatur, pluribus verbis dignum est. Eatenus Pericles eorum quibus Alcibiades in patriae salutem peccavit reus est, quatenus hic melius educatus facinora illa non perpetrasset. Pericles vero educatione casui fortunaeque commissa, licet mala exempla undique in peius raperent iuvenem per se iam ad mala irritabilissimum sua sponte bonum reipublicae civem fore sperabat. Profecto plus reipublicae salutem interfuit Alcibiadem bene educare quam urbem aedificiis ornare et cives spectaculis delectare. Quot infausta facinora intermissa, (expeditio in Siciliam) quot bona substituta fuissent, si Pericles quam ei Thucidides [1]) tribuit cogitandi rationem in pupillum transtulisset. Huius intermissionis rationem non solum tum reipublicae Atheniensium reddere debuit, sed nunc quoque generi humano debet, quod optimae naturae iuvenem pessumdari passus est tempus in imperandi cupidine explenda rectius consumi ratus.

Causa, cur Phaedrus et Menexenus dialogi iuxta componantur, est quod uterque Periclis oratoris mentionem facit. Phaedrus 269. a: Pericles orator socium et vicinum locum tenet cum Antiphonte Rhamnusio, quem μελίγηρυν Adrastum appellat: 269. e. „*Was aber in der Sache Kunst ist* (de arte dicendi sermo), *dazu scheint mir die Anleitung nicht auf dem Wege deutlich zu werden, den Lysias und Thrasymachos eingeschlagen haben. Phaedrus. Aber auf welchem denn? Sok. Perikles, o Bester, mag doch wohl eigentlich unter Allen der Eingeweihteste gewesen sein in die Redekunst. Ph. Wie so? Sok. Alle grösseren Künste bedürfen doch etwas von jenem spitzfindigen und hochfliegenden Geschwätz über die*

1) I., 144. Noch habe ich manche andere Gründe für die Hoffnung des Sieges, wenn ihr nur im Kriege nicht zugleich weitere Eroberungen machen, und durch eigene Wahl euch neue Gefahren zuziehen wollet Denn ich fürchte weit mehr unsre eignen Fehler, als die Plane der Gegner.

Natur. Denn nur hieraus kann jene Würde und Zuversichtlichkeit im Erfolg (τὸ πάντῃ τελεσιουργόν [1]) *entstehen, welche Perikles ausser seinen Naturgaben sich in so hohem Grade erworben hatte. So denke ich wenigstens, weil er mit dem Anaxagoras, der ja wohl ein solcher war, zusammen traf, und jener hohen Kenntnisse voll ward, und zur Natur des Verstandes und Unverstandes gelangte, wovon ja Anaxagoras soviel Reden machte, hat er von dorther, was ihr nützlieh war, in die Redekunst herübergebracht. Ph. Wie meinst du dieses? Sok. Es hat dieselbe Bewandniss mit der Redekunst, wie mit der Heilkunst. In beiden musst du die Natur des Leibes in der einen, der Seele in der andern erklären, wenn du nicht nur hergebrachterweise und erfahrungsmässig,* (μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ) *sondern nach der Kunst jenem durch Anwendung von Arznei und Nahrung Gesundheit und Stärke verschaffen, dieser durch angeordnete Sitten und Belehrungen welche Ueberzeugung und Tugend du willst mitzutheilen begehrst.*" Simulatio illa, qua Periclis dicendi facultas extollatur, quamvis hoc loco subtilior sit et verecundior, veram tamen sententiam pellucentem reddit. Adde haec 270. e. „*Keineswegs muss, wer irgend einer Sache kunstmässig nachstrebt, einem Blinden oder Tauben können verglichen werden, sondern offenbar ist, dass wenn Jemand an etwas mit Kunst seine Reden wendet, er auch das Wesen der Natur des Dinges genau muss zeigen können, welchem er seine Reden anbringen will; dieses aber wird doch die Seele sein.*" p. 271. Praeceptum naturam animorum

1) Plutarchi Per. 8. „Auch hat sich von Thucydides des Milesias Sohne eine scherzhafte Aeusserung über die Rednergewalt des Perikles erhalten Thucydides war nämlich Aristokrat, und hatte Perikles geraume Zeit in der Staatsverwaltung entgegen gestanden; nun fragte König Archidamos von Sparta, ob er oder Perikles besser ringe; da war seine Antwort: „wenn ich ihn niederringe, behauptet er siegreich nicht gefallen zu sein und beredet die sehenden Augen anders "

tractandorum oratori perspiciendam esse exigitur. „*Aber die du gehört hast und die jetzt rednerische Kunstlehren schreiben, sind listig und verbergen es nur, wie gründlich sie sich auf die Seele verstehen:*“ quo loco simulatio apertissima. Haec et quae in superioribus p. 266—268 de vanis dicendi artificiis, orationum partitionibus, et eiusmodi minutiis disputantur ut appareat qualis vera dicendi ars non sit, (p. 269.) omnem dubitationem tollunt, Periclem Platoni talem oratorem visum esse qualem politicum, ἐμπειρικὸν, „routinier“ probo artis usu carentem, persuadendi quid libuit scitum et validum, vera civibus commoda persuadendi ignarum. Schlosser univ. hist. Uebers. I. 2. p. 259. „*Die Art, wie Thucydides ihn redend einführt, lässt uns schliessen, dass er die Philosophie in seinen Reden auf eben die Art gebrauchte, wie die Tragiker sie in der Dichtkunst anwenden. Dabei verschmähte er die Mittel eines Kleon nicht, nur wendet er sie mit der Feinheit an, die einem Perikles ziemt und hebt den Pöbel der Zuhörer zu sich herauf, anstatt zu ihm herunter zu sinken.*“

Restat Menexenus dialogus. Huius dialogica pars licet a Schleiermachero Platone indigna censeatur, ipsa oratio tamen integra Platoni relinquitur. Ego neque puto Platonis esse scriptum aliquod non vestitum dialogo et praesertim eiusmodi orationem nudam relinquere, neque video simul ac libri pars maior Platonis habeatur, qua ratione minor cum maiore arctissime contexta neque ulla fraude suspecta alius sit. Praeclaram esse rem dicit Socrates p. 234. e. dissimulatione magis quam alibi manifesta, in bello pro patria mori: laudari enim eum quoque mortuum, qui vivus nil valuerit, et a doctis quidem viris, qui pectore bene praeparato ad laudationem accedant. Platonem hanc orationem funebrem ideo composuisse, ut de sua dicendi facultate obtrectatoribus persuaderet, non est, cur Schleiermachero contradicam, assentiri commotus eo loco quo Menexenus interrogando Socratem tentat num ad

orationem funebrem habendam delegatus habere confideret. „Quidni faciam quod valeam," respondit, „neque quod valeam mirum, quippe qui Aspasia usus sim magistra Pericle expolito nobilitata." Menex. „Quid diceres, si oratio imperata esset tibi qui semper oratores cavillaris." (p. 235. a. b. c.) „*Ich von mir selbst wohl nichts,* respondit Socrates, *aber der Aspasia habe ich noch gestern zugehört, wie sie eine Standrede für eben diesen Fall vortrug. Sie hatte nemlich gehört eben was du sagst, dass die Athener einen Redner dazu wählen wollten; da hat sie mir dann vorgetragen einiges aus dem Stegreif, wie man es sagen müsste, anderes auch wohl früher überlegtes, als sie, denke ich, jene Standrede ausarbeitete, welche Perikles hielt, so dass sie hier einiges dort übrig gelassene zusammenkittete.*" p. 236. b. Ad rem nostram facit, accersito elegantiarum fuco ab Atheniensibus ad Aspasiam relato (Plutar. Per. 24.) laudationem funebrem fuisse illitam, neque nimis eius orationis aemulam quam aeque densam et compositam ac confidentem (Thucyd. II, 35.) Thucydides Pericli tribuit: qualem orationem verisimilius est ab historico multis annis post sedato animo, remoto partium studio esse excogitatam quam a demagogo esse habitam, quum ambitio ad principatum vacillantem blanditiis stabiliendum subornabat. Neque praetermittendum, quam moderationem Plato ut in Phaedro sic in Menexeno in rumoribus illis de Aspasiae magisterio leviter tactis servarit.

Quomodo igitur ex Platonis animo Pericli agendum fuisset, ut laudes legitimas promereretur?

I. Se ipsum perscrutari debuisset, an rempublicam illa ex una ambitionis causa adiret, ut Athenienses ad principatum et tyrannidem de ceteris popularibus occupandam incitaturus Atheniensium totiusque Graeciae princeps et tyrannus fieret ipse quidem explenda imperandi cupidine bene contentus, licet denique illius principatus ope

res ad ultimum venturae essent. Si animum mala ambitione ferri cognovisset, abstinendum erat a tyrannide, quae sociis popularibusque eo invisior et intolerabilior videbatur, quod a Graecis, quod ab Atheniensibus sub barbarae tyrannidis propulsandae praetextu inferebatur. Sin procul a mala ambitione animum sensisset, officio principis cognito veraque Atheniensium salute in medici morem perspecta, in iustitia (v. Politiae IV.) non in trecentis triremibus et sexcentorum ex sociis talentorum rapina (Thuc. II, 13.) civitatis incolumitas erat fundanda. Tenendum erat, quo iustiorem eo securiorem esse civitatem (Polit. p. 423. tota.) Itaque depravatum civium ingenium pro virili parte omnibus intentis viribus sanandum, ita ut ipse vitae suae integritate extra omnem suspicionem posita antesignanus fuisset, ne inferiores civitatis ministros malo suo exemplo tentaret. Vide civium reique publicae habitum supra descriptum ex Platone, neque Thucydidem neglige III, 82. 83. Adde hanc Böckhii morum depravatorum descriptionem: Staatsh. I. p. 208. „*Menschen sind von jeher ungerecht und geldgierig und gewissenlos gewesen und die Helenen vorzüglich; voll Selbstsucht und Eigennutz erlaubten sie sich alles zur Befriedigung ihrer Sinne: wer sie unbefangen und durch ihre hohen Geistesgaben unbestochen betrachtet, findet, wenn er eines sittlichen Urtheils fähig ist, ein losgebundenes und wüstes Privatleben, im Staat ein Gewebe verworrener Leidenschaften und schlechter Neigungen, und was das Schlimmste ist, in der Volksgesinnung Härte und Roheit und Mangel am sittlichen Gefühl im höherem Grade als in der christlichen Welt...... Bei jenen Grundsätzen der Hellenen, welche aus ihren Geschichtschreibern und Philosophen sich hinreichend erweisen lassen, kann es nicht befremden, dass in Athen Betrug am Staate an der Tagesordnung war: man glaubte gewissermassen ein Recht dazu zu haben, und wer zu strenge war, kam in übles Gerede. Die Römer hatten wenigstens eine alte Zeit, in welcher Treue und Red-*

lichkeit galt, bei den Hellenen wird man diese vergeblich suchen. Jene band ein Eidschwur, dass sie grosse Summen ohne Unterschleif verwalteten; aber wenn in Hellas, sagt Polybios (VI, 56.), der Staat Jemandem auch nur Ein Talent anvertraut und er zehn Gegenschreiber hat und ebensoviel Siegel und doppelt soviel Zeugen, kann er die Treue nicht bewahren. Nicht selten wurden daher Finanzbehörden zum Tode verurtheilt oder zum Verlust des Vermögens und Gefängniss. . . . . Selbst der grosse Perikles etc. v. p. 32. supra. Inter artes, quibus Pericles ab ostracismi telis se defendebat et talis plebi dux videbatur, quo aegre careret, Schlosser. univ. hist. Uebers. I, 2. p. 42. refert „*die Einrichtung, wodurch dem Bürger für seine Gegenwart in der Volksversammlung und für seinen Beisitz in den Gerichten eine kleine Vergütigung gegeben wurde, welche den Wohlhabenden die Versaümniss nicht ersetzte, den Armen aber hineinlockte, wodurch die Handhabung der Gerechtigkeit, die Staatsverwaltung und Gesetzgebung nach und nach an Ungebildete kamen, die blinde Werkzeuge dessen waren, der sie zu leiten verstand.*“

II. Iustitia et aequitas igitur imprimis erga socios populares servanda fuisset, neque tributa ab Aristide definita ideo exaggeranda, ut ὁ Δῆμος pasceretur et spectacula haberet, minime vero in sociis opprimendis eo progrediendum, ut belli civilis necessitas amplius vitari nequiret. Itaque sociis libertatem suaque reposcentibus non repulsam dare debuisset atrocem (Thucyd. I, 141. II, 12.). sed potius omnibus niti viribus ut bellum civile praepediretur restituendis, quibus restitutis Athenienses praeter splendidas epulas, magnifica aedificia, superfluas largitiones nihil caruissent: quod vero ante gesserant legitimum imperium retinuissent.

III. „At opibus sociorum direptorum Athenis non cumulatis neque Phidias Iovem Olympium neque Polycletus Iunonem sculpsisset, neque cetera illa artificia, quibus posteri etiam gaudent et erudiuntur, Athenis exstitissent.“

4

Wachsmuth hellen. Alterth. II. 2. p. 320. „Gereicht es den Athenern und insbesondere dem Perikles zum Vorwurf die Bündner über Gebühr mit Steuer belastet und über deren Verwendung nicht Rechnung abgelegt zu haben, so vertreten die Propyläen, der Parthenon u. s. w. noch heut zu Tage die Stelle der beredtesten Anwalde für die Athener.“ Non exstitissent illa artificia? Contradicimus. Non Athenis exstitissent? Concedamus. Illine artium flores vel potius paucae eorum particulae Athenis amplificatis an ex insulis deletis exstinctisque coloniis ad posteros transiissent, nihil sane interesset. Quam plurimum autem interest posteritatem humaniorem, utrum artificia illa humanitatis non laesae gloria an tot et tantarum iniuriarum turpitudine associata accepisset. Pericles quidem haud decora facinora impune sibi condonanda opinabatur, dummodo lucro inde capto urbem decorandam curaret. Sed valeat pulchrum a bono viduum, valeant artificia, quae tot rapinarum bellorumque documenta sint, valeant artium flores qui non nisi iustitia deflorata, non nisi exardescente bello civili exsistere potuerint. Iustitia [1])

1) Eam dicit iustitiam in Politiae quarto, secundum quam suum quisque civis in civitate agat. De iustitia erga socios observanda fusius praecipit in Politiae quinto p. 469. b. c. „Wie aber werden es unsere Krieger mit den Feinden halten? Zuerst was die Unterjochung betrifft dünkt es dich recht, dass Hellenische Städte Hellenen zu Knechten machen? oder vielmehr, dass sie auch andern dieses nach Vermögen verwehren, und es zur Sitte machen, des Hellenischen Geschlechts zu schonen, aus Furcht in die Knechtschaft der Barbaren zu gerathen? Also auch selbst keinen Hellenen zum Knecht zu haben, noch auch den andern Hellenen dieses anzurathen. Um so mehr würden sie sich auch wohl gegen die Barbaren wenden, und sich untereinander des Krieges enthalten“ — 469. c. 470. a. sqq. „Ferner werden wir wohl auch nicht die Waffen in die Tempel bringen um sie da zu weihen, wenn uns irgend gelegen ist an dem guten Vernehmen mit den andern Hellenen. Wegen Verwüstung hellenischen Landes und Anzündung der Wohnungen aber ist meine Meinung, dass keines von beiden geschehe, sondern nur die Ernte des Jahres genommen werde. Ich behaupte nemlich, das hellenische Geschlecht sei sich selbst befreundet und verwandt, zu dem barbarischen aber verhalte es sich wie ausländisches und fremdes. Dass also Hellenen mit Barbaren und Barbaren mit Hellenen, wenn sie gegen einander fechten, Krieg

quoque est ars et praerogativa iustitiae opera prius quam artis tragicae et statuariae perficienda. Simulatque enim quidquam in socios iniquum videri desitum est, nec iniquum videri coeptum ditioribus civibus eo modo uti, quo civitas tota sociis usa est. Deinde cives postea theatri curam patriae anteponere didicerunt. Hinc civitatis ruina. Sic Plato.

IV. Primarium autem iustitiae opus in liberis publice curandis versatur. Rectius itaque in publica educatorum et educandorum puerorum artificia tantas impensas fecisset, quantas in theorica, mercedes iudiciarias, aliasque largitiones fecerat, et fecisset sane si verae artis civilis rudimenta secutus esset. Quanto sapientior Lycurgus!

Ad illud „valeat pulchrum a bono viduum" haec adnotamus. Nostrates dictitant, esse pulchrum, quod non idem sit bonum e. gr. fortis ultio („*Schön ist die Rache*"), esse artificium quamvis ab ethica ratione sit alienum. Plato ipse propter poetas ex civitate relegatos a nostratibus poetis pulchrique doctoribus nomen „*philisterhafter Menschenerzieher*" invenit. Hi ad „Leges" ipsius provocant, in quibus libris Platonem se ipsum correxisse et vita experientiaque doctum ad magis sanam de pulchro sententiam rediisse fingunt. Quod primum ad relegatos poetas attinet, relegati sunt empirici, a quavis pietate et religione

---

führen wollen wir wohl sagen und dass sie von Natur einander verfeindet sind (πολεμίυς φύσει), und man diese Feindschaft Krieg nennen müsse; wenn aber Hellenen gegen Hellenen etwas dergleichen thun, dass sie von Natur einander Freund sind, und dass in diesem Zustande Hellas nur krank ist und unter sich verfehdet (στασιάζειν), und man diese Feindschaft eine Fehde (στάσιν) nennen müsse. . . . 471 a. „Sänftiglich werden sie sie also zur Besinnung zu bringen suchen, nicht mit Knechtschaft strafen noch mit Verwüstung, da sie ja nur Züchtiger sein wollen nicht Feinde; . . . . sondern nur so weit den Zwist treiben, bis die Schuldigen von den mitleidenden Unschuldigen genöthigt werden Genugthuung zu leisten. — Ich, sagte er, gestehe zu, dass unsere Bürger so ihren Widersachern begegnen müssen, den Barbaren aber so wie jetzt die Hellenen sich untereinander."

alieni, de bono honestoque nil solliciti: deinde ex „Legibus“ ipsis idem patet, pulchrum, artes, musica non adesse nisi ut bono inserviant „de legg. p. 669: si quis, inquit, saltationem (σχήματα) sine modis (μέλȣς), modos vero sine verbis fingit, is separat quod conciliandum est. De verborum autem argumento poetis hanc legem generalem supra iam statuit: carmina eius argumenti componunto, quo efficiant idem esse amoenum et iustum et bonum et pulchrum. Sed toti primi duo νόμων libri legendi sunt, unde pateat, quomodo illa Politiae sententia de ratione quae inter bonum atque pulchrum intercedat accipienda sit. Hanc disputationem quum, a Pericle artium fautore damnato non aliena sit, sic proprio Marte continuare placet. Agedum, alloquitur quispiam, cogita καλομανίαν: cogitationem perficio nulla absurditate offensus. Cogita, pergit, ἀγαθομανίαν: iam cogitatio haeret, inepta videtur notio. Deinde: „omne bonum a Deo est“ nihil offendit. Sed „omne pulchrum a Deo est“: priusquam affirmemus necessario addenda nobis videtur conditio: „si pulchrum cum bono concordat.“ Quid ergo? sequitur, in quo colendo certos limites excedere non liceat, id inferius esse eo cui latior cultus studiumque extensius pateat; dignitate igitur bonum esse pulchro superius. Fac Platonem δικαιομανίας accusandum, nonne id delictum honestius quam eorum, qui καλομανία peccant? Si igitur pulchro neglecto peccavit, levius peccavit quam qui iusto neglecto. Eumne autem philosophum in pulchrum pecasse dicemus, qui argumenta philosophica tam egregia facie formaque ornaverit? Nonne profecto non bonus et iustus modo, sed ἀγαθόκαλος et δικαιόκαλος est? Nostratibus „aestheticis“ Platonis correctoribus consideranda haec propono: Exstingue animo boni ideam, sive bonum veram libertatem sive ex Christiana ratione sive alio nomine appellas; oculo honesti nescio inspice Phidiae Iovem, lustra Raphaelis tabulas, lege, specta comoedias tragoedias pulcherrimas: nonne haec omnia tibi invisam figurarum

cerearum praebent speciem? nonne larvae videntur viduae? nonne personae automata? nonne oculis primo aspectu satiatis animoque novis rebus adsueto quaeres, quid haec omnia sibi velint, cur facta sint? Potest quod evangelium docet bonum pulchro abstracto cogitari, restat aliquid: sed abstracto bono, sive Platonico, sive evangelico sensu accipis, Sophoclis et Phidiae ceterorumque pulchrum dilabitur et diffluit, ut radii abstracto sole. Unde colligi potest quod nos profitemur bonum et ethicum tanto superius esse pulchro illo, quanto pulchrum illa virtute, quam appellamus nos „*Mönchs- und Frömmlertugend.*“

Nihil magis esset exoptandum, quam ut Plato orationes a Thucydide Pericli adscriptas notis persecutus esset: quod Platonem omisisse dolemus, pro virili parte nos perficere curabimus.

Thucydides facit Periclem postulantem, ut lites inter Athenienses et socios legitima coram iudice via componantur (I, 140.). Callide profecto! Cf. Thucydides quid Corinthios in Corcyraeos dicentes facit I, 39. initio. Postquam Athenienses tyrannica vi (II, 63.) quidquid agi ferrique poterat praedatos opes suas supra omnes socios evexisse demonstraverat, ad iudicium legitimum provocat eorum dux atque indignum putat facinus rapta ante iudicium latum, i. e. ante cladem acceptam reddere (I, 141.). Argumentis quibus ne minimum quidem adversariis cedendum probasse sibi videtur, (I, 14.) Plato ita forsan responderet: periculosum dicis vel minimum cedere, quia sit inferiorem se confiteri: num minora erant belli suasi pericula? „At dedecet, imperantes sua sponte a possessione licet illegitima cedere.“ (I, 141.) Minus igitur putas dedecus latronem esse continuare et maius latronem esse cessare [1]). Deinde

---

1) Nos Platonis auctoritate incorruptum servabimus iudicium, de oppressis a Pericle popularibus idem sentientes, quod hodie de Hibernia a partibus Anglicanis oppressa sentimus

si de iure tanta sollicitudo, cur ad bellum suscipiendum tam acriter stimulat, cur pacto pacifico longe anteponendum esse civibus inculcat? (I, 141.) Num hoc est iustam causam agere? Thuc. I, 144. „*Jetzt aber wollen wir die Gesandten mit folgender Antwort entlassen: „„Eine gerichtliche Entscheidung wollen wir uns vertragsmässig gefallen lassen. Den Krieg wollen wir nicht anfangen, aber gegen Angreifer uns vertheidigen.“ “. Eine solche Antwort ist eben so gerecht, als der Würde unserer Stadt angemessen. Jedoch müssen wir uns überzeugt halten, dass der Krieg unvermeidlich ist: unternehmen wir ihn nun mit freiem Entschlusse, so werden wir uns von den Feinden um so weniger bedrängt sehen. Je gefahrvoller der Kampf, desto grösser der Ruhm, der aus ihm für den Staat und den einzelnen Bürger hervorgeht.*“ Eo procedit sophisticae argumentationis, ut civile hoc quod iubet bellum cum Persico illo certamine libertatis vindice comparet: „*Haben doch unsere Väter, die den Kampf mit den Persern bestanden, die Barbaren zurückgeschlagen, und ihre Macht auf diesen Gipfel gebracht. Hinter ihnen dürfen wir nicht zurückbleiben, sondern wir müssen gegen die Feinde uns auf jede Weise vertheidigen, und uns bemühen jene Macht den Nachkommen ungeschmälert zu hinterlassen.*“ Repetit hanc sententiam II, 62. Calliclis declamatione Gorg. p. 482 c. — 486. d. diligenter examinata continuo conferendus est Thucydides, ut sophistica historici ratio, quae in Periclis orationibus latet, pigmentis fucoque nuda conspiciatur, ut statim Pericles larva detracta inveniatur alter Callicles, qui τὸ πλέον ἔχειν summam celebrat virtutem. Larvam dicimus e. gr. ejus modi voces II, 63. „*Ihr habt allen Grund die* E h r e *der Stadt, welche auf der Herrschaft worauf ihr alle stolz seid beruht, zu retten, und dabei keine Anstrengung zu scheuen, oder ihr müsst auch auf die* E h r e *verzichten.*“ II, 64. „*Bedenket, dass unsere Stadt eben darum bei aller Welt im Besitze des grössten Ruhmes ist,* w e i l s i e v o r d e m U n g l ü c k e s i c h n i c h t b e u g t e *und an Menschen und*

Anstrengungen im Kriege die grössten Opfer gebracht hat.“ II, 61. „*Denn so sehr die Welt diejenigen mit Recht verabscheut, welche mit verwegenem Uebermuthe nach einer Ehre haschen, die ihnen nicht gebührt, eben so gegründet ist der Tadel derer, welche hinter dem erworbenen Ruhme aus Feigheit zurückbleiben.* Ut iustam et honestam rem Atheniensibus commendat tyrannidem, et quasi officium putat et ius iniuriarum quarumvis inferendarum atque augendarum. Iam vero componantur Plato et Thucydides: Thuc. II, 40. „*Wir lieben die Wissenschaften, doch ohne durch sie weichlich zu werden*“ (φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας): qui verus sensus sit famosae vocis disce ex Callicle simul alium Thucydidis locum interpretante, vel potius tectum sensum sine pudore detegente, locum dico Thuc. II, 64: „*Wir haben als Hellenen über die grösste Zahl Hellenischer Staaten geherrscht, und die grössten Kriege gegen die Gesammtheit wie gegen Einzelne bestanden, und eine so grosse und in jeder Beziehung so blüheude Stadt gegründet.*“ (Plato contra Gorg. p. 518. e. p. 33. infra.) „*Wer Unthätigkeit liebt* (ὁ ἀπράγμων) *mag uns dies zum Vorwurfe machen: wer etwas unternehmen will, wird uns sogor nacheifern; wer sich Nichts errungen hat, wird uns beneiden.*“ Nunc audias perpetuo tenore Calliclis sententiam Gorg. 483. b: *Ich denke, die die Gesetze geben, das sind die Schwachen und der grosse Haufe. In Beziehung auf sich selbst also und das was ihnen nutzt bestimmen sie die Gesetze und das löbliche was gelobt, das tadelhafte, was getadelt werden soll; und um kräftigere Menschen, welche mehr haben können, in Furcht zu halten, damit sie nicht mehr haben mögen als sie selbst, sagen sie, es sei unschön* (αἰσχρόν) *und ungerecht für sich immer auf mehr auszugehn, und das ist nun das Unrechtthun, wenn man sucht mehr zu haben als die Andern. Denn sie selbst,* (οἱ ἀσθενεῖς Thuc. οἱ ἀπράγμονες) *meine ich, sind ganz zufrieden, wenn sie nur gleiches erhalten, da sie schlechter sind* (φαυλότεροι.) *Daher*

wird nun gesetzlich dieses unrecht und unschön genannt das mehr zu haben streben als die Meisten und sie nennen es Unrechtthun. Die Natur selbst aber, würde wohl zeigen, dass es gerecht ist, dass der Edlere (τὸν ἀμείνω) *mehr habe als der Schlechtere und der Tüchtigere als der Untüchtigere. Auch offenbart sie dieses vielfältig sowohl an den übrigen Thieren als auch an ganzen Staaten und Geschlechtern der Menschen, dass das Recht so bestimmt ist, dass wer mehr ist über den Geringeren herrsche. Denn nach welchem Recht führte Xerxes sein Heer gegen Hellas oder sein Vater gegen die Skythen?* [1]*) Also diese handeln so nach dem Rechte der Natur und beim Zeus, auch nach dem Gesetz der Natur; aber freilich vielleicht nicht nach dem Gesetz, welches wir selbst willkührlich machen, die wir die Besten und Kräftigsten unter uns gleich von Jugend an, wie man es mit den Löwen macht, durch Besprechung gleichsam und Bezauberung knechtisch einzwängen, indem wir ihnen immer vorsagen, Alle müssen gleich haben und dies sei eben das Schöne und Gerechte. Wenn aber, einer mit einer recht tüchtigen Natur zum Manne wird, so schüttet er das alles ab, reist sich los, durchbricht und zertritt alle unsere Schriften und Gaukeleien und Besprechungen und widernatürlichen Gesetze und steht auf, offenbar als unser Herr, er der vorher Knecht war und eben darin leuchtet recht deutlich hervor das Recht der Natur. Dies ist eigentlich das Wahre, und das wirst du auch einsehen, wenn du zum Grösseren fortschreitest, und von der Philosophie endlich ablässt*

---

1) Cf Thucyd. V, 105. καὶ ἡμεῖς — δρῶντας ἂν αὐτό. Et I, 76. Athenienses coram Lacedaemoniis imperium defendentes ita argumentantur: „Waren wir doch nicht die Ersten, die dieses unternahmen, sondern es ist längst hergebracht, dass der Schwächere von dem Mächtigern beschränkt wird. Nur jetzt wollt ihr, euren Vortheil in Betrachtung ziehend, den rechtlichen Gesichtspunkt geltend machen; und doch hat wohl nie Jemand, wenn er durch Gewalt etwas erringen konnte, jenem den Vorzug gegeben und sich abhalten lassen seinen Vortheil zu verfolgen.“

Denn diese, o Sokrates, ist eine artige Sache, wenn Jemand sie mässig betreibt in der Jugend, wenn man aber länger als billig dabei verweilt, gereicht sie zum Verderben. Denn wie herrliche Gaben einer auch habe, wenn er über die Zeit hinaus philosophirt, muss er nothwendig in allem dem unerfahren bleiben worin jeder erfahren sein muss, der ein wohlangesehener und ausgezeichneter Mann werden will (καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον)." Quae verba! et qualis sensus! *Denn sowol in den Gesetzen des Staates bleiben sie unerfahren, als auch in der rechten Art, wie man mit Menschen umgehn muss bei allerlei Verhandlungen, eignen und öffentlichen,* (intellige: quo modo homines decipi possint,) *und mit den Gelüsten und Neigungen der Menschen und überhaupt mit ihrer ganzen Denkungsart bleiben sie unbekannt. Wenn ich Knaben und Jünglinge bei der Philosophie antreffe, (*485. c.*) so freue ich mich, ich finde dass es ihnen wohl ansteht; wenn ich dagegen sehe, dass ein Alter noch philosophirt und nicht davon loskommen hann, solcher Mann, o Sokrates, dünkt mich der Schläge zu bedürfen. Denn wie ich eben sagte, es findet sich bei solchen Menschen gewiss, wie schöne Gaben er auch von Natur besitze, dass er unmännlich geworden ist,* (ἀνάνδρῳ γενέσθαι." Thucydides: φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας) *das Innere der Stadt und die öffentlichen Orte flieht, wo doch erst, wie der Dichter* (Homeri Iliad. IX, 441.) *sagt, sich Männer hervorthun, und versteckt in einem Winkel mit drei bis vier Knaben flüsternd* (non minus in Platonem in Academia adolescentulos docentem quam in Socratem cadit) *sein übriges Leben hinbringt, ohne doch je etwas edles, grosses und tüchtiges zu sagen. Ich meines Theils, Sokrates bin dir gut und gewogen.* (Voltarii „la bonté dedaigneuse.") *Darum, du Guter, gehorche nur, hör' auf zu lehren, üb' im Wohlklang lieber dich von schönen Thaten, und in dem wodurch du weis' erscheinst, lass Andere jetzt dies ganze*

herrliche, soll ich es Possenspiel nennen oder Geschwätz, weshalb dein Haus armselig, leer und verödet steht, und eifre nicht denen nach, die solche Kleinigkeiten in Ordnung bringen, sondern die sich Reichthum (βίος, victus dicit loco πλοῦτος personata voce, ne verus sensus offendat) *erwerben und Ruhm und viel anderes Gute.*" Hactenus Callicles.

Quod hunc locum tam ad comparatos Thucydidis locos quam ad totam hanc inquisitionem facientem descripsi, non egeo excusatione. Ipsa invidia, ut nos loquimur, fateatur necesse est, mira Platonem arte in describendo Calliclis ingenio, politicorum tunc celebratorum exemplari, illam urbanitatis et moderationis lineam tenuisse, ultra et citra quam rectum consistere nequit. Veritatem, non privatam invidiam persequi Platonem luculenter testatur observata illa oeconomia honesti sempiterna pulchrique lex. Callicles neque ineruditior (poetas scit et citat), neque inurbanior, neque malevolentior ante oculos nobis positus est, quam celebres et optimi quique illius aetatis politici revera fuerunt. Neque quidquam omissum, quod cum specie quadam contra philosophiam „*aus dem Gesichtspunkte des Staatsmannes*" (v. e. gr. 484. d. 485. a, b.) declamari potuerit. Videant nostrates Callicles, quid Plato ipsis responderit, quantum ad reiiciendas ipsorum obiectiones valuerit, qui talia hic, aliis locis (Politiae VI. Theaet. p. 174. sq.) non minus fortia in philosophiam proferenda curaverit.

Deinde Thucydides Periclem quasi se ipsum illudentem facit, quum φιλοκαλοῦμεν dicat μετ' εὐτελείας, id quod sociorum impensa et labe constat. Neque Atheniensibus gratis constabat. Plut. Per. 14. „*Da Thucydides und die Redner seiner Parthei sich gegen Perikles ereiferten, als verschleudere er das Geld und verschwende die Staatseinkünfte, so fragte er in der Versammlung das Volk, ob es glaube, dass wirklich viel aufgewendet worden sei:*

„Ja, sagte man ihm, sehr viel;“ [1]*) so sei es denn, erklärte er, nicht von euch, sondern von mir aufgewendet: und auf die Weihgeschenke will ich meinen Namen setzen. Bei diesen Worten schrieen sie, ob solchem Hochsinn staunend, oder auch um den Ruhm der Werke mit ihm wetteifernd, auf, er solle nur aus dem Schatze nehmen, und ohne Schonung aufgehen lassen.“* Si verba illa *„so sei es denn nicht von euch, sondern von mir aufgewendet“* neque vanam iactationem neque artificium ad civium linguas pudore compescendas inventum *(„Jemanden bei der Ambition fassen“)* olere negantur: unde, quaeso, Periclem magnas illas impensas sumturum fuisse putemus? Ex privata pecunia? unde tanta res familiaris? Sane et ad locum et ad rem et ad personam ineptus fuit ille pudor. Utinam Athenienses promissum urgere non puduisset!

Denique ex Platonis animo recenseamus Thucyd. II, 63. Caput erroris atque fraudis est, quod Pericles Atheniensibus praestigiosus obiicit imminente bello non nisi alterutrum esse relictum aut servos fieri aut dominos manere, adque bellum lacessat felicissimi eventus spe proposita. Quod patebat refugium maligne reticet, quippe retinendo principatui adversarium, Lacedaemoniis sociisque tantum cedere, quantum iussi erant. Restitutis restituendis tantae erant opum reliquiae, ut petitiones iustum terminum transgressuras vi legitima facile arcerent; tum demum iustum belli tempus cum causa iusta aderat; adque Lacedaemonios ab iniusta postulatione defendendos restabat classis omnibus Graecis superior, restabat auri argentique massa. Ita vero iusta causae conscientia et virtus (nos dicimus *„moralische Kraft“*) penes socios erat: Atheniensibus eo magis ambiguum minaxque certamen imminebat, quo iniu-

---

1) Interpres Germanus Klaiber adnotat: „Nach Thucyd. II, 13. hatte der auf der Burg befindliche Schatz anfänglich aus 9700 Talenten bestanden, davon waren beim Anfang des Pelopon. Krieges noch 6000 übrig. 3700 (5,356,420 Thlr. 14 gGr. oder 9,641,559 Fl. 54 Kr.) waren auf die Bauwerke und den Krieg bei Potidäa verwendet worden.“

stius esse ipsi intelligebant [1]). Ipse enim fatetur concionator iniustam quidem esse de sociis tyrannidem, sine magno periculo tamen e manibus dimitti non posse. Contra ut caducam domum sic caducum supra caput de delicatis (ἁπαλοῖς [2]) popularibus imperium diutius occupare sapienti videtur multo periculosius quam sua sponte non sine magnanimitatis specie relinquere. [3]) Postremo brevis fiat duorum aliorum locorum collatio: alter Thucydidis II, 37. hic est: Pericles democraticum reipublicae statum celebrans: *„Im freisinnigen Geiste* (ἐλευθέρως) *handlen wir in der Verwaltung des Staats und in der täglichen Lebensweise, welche so leicht Misstrauen erzeugt: wir verdenken es dem Nachbar nicht, wenn er einmal dem Vergnügen sich hingiebt, wir verhängen keine Strafen u. s. w.*, alter Platonis democraticam licentiam exprobrans legitur in Politia p. 562. a—563. b. extensior, quam qui hic describi queat. Quam contraria de eadem re sententia!

His singulis locis duce Platone examinatis adiungamus de orationibus Pericleis in universum hanc sententiam historicam criticam. Iam propter nimis artificiosam

1) Thuc 1, 42. II, 8 „Die öffentliche Stimmung neigte sich entschieden mehr zu Gunsten der Lacedämonier hin, zumal da diese voraus erklärten Hellas befreien zu wollen. Alle, sowohl einzelne Bürger als Staaten thaten, was in ihren Kräften stand, um jene mit Wort und That zu unterstützen. Jeder meinte, dem Unternehmen fehle etwas, wenn er nicht selbst dabei sei. So leidenschaftlich waren die Meisten gegen die Athener gestimmt, die Einen, weil sie ihrer Oberherrschaft los werden wollten, die Andern, weil sie fürchteten unter dieselbe zu kommmen."

2) Vocabulo hoc de Atheniensium natura obedientiae cuiusvis impatienti utitur in Politia p 563. d. Eundem animum optimo iure insularum incolis ab Atheniensibus subiectis tribuimus Thucyd. I. 77: „Als ihnen durch die Perser weit Aergeres widerfuhr, so liessen sie sichs gefallen: unsere Oberherrschaft aber scheint ihnen unerträglich."

3) Thucyd. I, 42. „Seines Gleichen nicht Unrecht thun ist eine haltbarere Begründung der Macht, als wenn man durch den Schein des Augenblicks verleitet, sich einen gefährlichen Gewinn verschaffte."

et pressam obscuramque earum rationem [1]) et peculiaris cuiusdam indolis defectum [2]) suspicio movenda haud levis, tales a Pericle vix habitas esse, quales Thucydides elucubraverit: lectoribus studiosis (κτῆμα εἰς ἀεί I, 22.) ut ceterae, magis videntur apparatae, quam quales coram auditoribus habitae sunt relatae. Quae suspicio domesticis argumentis haud exigua capit incrementa. I, 22. „*Was nun die Reden betrifft, welche da und dort als man im Begriff war, den Krieg zu beginnen, oder während desselben gehalten wurden,* (utrumque in Periclis orationes quadrat, quas prae ceteris hoc loco in animo habuisse videtur,) *so wäre es für mich als Ohrenzeugen und für die, welche mir anders woher solche hinterbrachten, schwer gewesen, die Ausdrücke in der ursprünglichen Gestalt und mit Genauigkeit zu behalten; doch sind sie von mir so wiedergegeben, wie ich glaubte, dass Jeder unter den vorliegenden Umständen am passendsten geredet haben würde, wobei ich mich so nahe als möglich an den Gesammt-Sinn des wirklichen Vortrags hielt.*“ Vetante licet hac ipsius auctoris confessione, se ita orationes reddidisse, quomodo existimarit cuique fuisse dicendum, si ad rem propositam optime et aptissime dicere voluisset, firmiter tamen aiunt sententias Periclis, consilia, rationem civilem genuina fide reddidisse. Idne facere

---

1) Cicero orat. c 9: „Thucydides res gestas et bella narrat et proelia graviter sane et probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione civili vitium vel maximum.“ Haec Cicero. Pericles sane illam oratoris famam non invenisset si ita concionatus esset ut Thucydides eum concionantem facit. In universum sententiae illae et loci communes, unde omnes orationes auctae et expletae sunt, non ad exhortandum populum et militem indoctum et in cogitando inertem adque pressas rationes percipiendas non satis promtum sed potius ad ostentandam lectori studioso civilem et bellicam artem adaptatae esse videntur.

2) Illud dico, quod Periclem Anaxagorae discipulum insignem reddiderit: vide supra pag. 45.

potuit? Vix credendum est, sententias ullas salvo argumento transferri posse in aliorum verborum receptacula, uti liquor ex alio in aliud vas integer et merus transfertur. Deinde Thucydides mores quos quisque unice suos et proprios habet depingere non nimis callet. Periclem generatim virum popularem eloquentia et civili prudentia quidem nulla vero peculiari natura insignem fingit; haud secus loquitur Pericles, atque Thucydides et quisque talis ingenii politicus praecipue belli progressi experientia doctus [1]) eius loco locuti essent: ita ut historicus magis ad suam ipsius civilem et bellicam prudentiam et providentiam probandam quam ad Periclis peculiare ingenium depingendum orationes illas texuisse videatur [2]). Quare quoque multus est in orationibus, paucus in factis. [3])

---

1) Thuc. II, 64. „Unsere Stadt hat bis auf unsere Zeit die grösste Macht sich erworben, deren Andenken bei der Nachwelt unsterblich sein wird, selbst wenn wir auch jetzt einmal, (da ja naturgemäss jedes Ding zum Sinken bestimmt ist) in Nachtheil kommen sollten.“ Haec verba ad animos abiectos magis etiam abiiciendos apta hoc loco inepta et a Periclis prudentia aliena mihi videntur. Ita Periclem dicere neque debuisse neque potuisse constat: non potuisse, quia in expeditionem Siculam, ut ex II, 65. et I, 144. (v. supra p. 44, nota) patet alluditur.

2) Hermocrates Syracusis eiusdem naturae et indolis orationes habet, quales Pericles Athenis. Mirum diversi ingenii oratores tam congruenter dicere. Nonne Hermocrates Periclis loco positus perinde concionatus esset atque Pericles Hermocratis? Thucydides orationibus abutitur, ut post res factas ratiocinetur, ita necessario factum iri, ut postquam res male evenit doceat necesse fuisse ut male evenerit. Sic Hermocrates rationes et causas enumerat, cur instans Atheniensium in Siciliam expeditio non succedere possit (VI, 33. 34.)

3) „Denkt man sich die Reden aus dem Werke weg, so behält man nichts als ein kahles Gerippe.“ Krüger Leben des Thuk S 78. Doctoris ostentationem produnt loci quidam orationum sive psychologici dicuntur sive anthropologici quoad rem quae agitur non nimis pertinentes. e. gr. I, 40: „Und dies geschah unter solchen Umständen, wo man bei dem Angriff auf einen Feind, gern Alles gegen den Sieg vergisst. Denn alsdann sieht man den Dienstleistenden als Freund an, wenn er auch zuvor Feind gewesen, und den, der sich widersetzt, als Feind, wäre er auch sonst zufällig unter den Freunden. Denn im augenblicklichen Eifer des Streits kümmert man sich selbst um das nicht, was am nächsten liegt.“ I, 69: „Beschwerde findet statt gegen fehlende Freunde,

Peculiarem Periclis naturam videre aut nescivit aut noluit. Quid Pericles ante bellum exortum ut exoriretur gesserit, superbiam Atheniensium ab ipso pastam reticet. Inter causas, de quibus bellum contra Samum insulam urgeret, unam fuisse hanc, ut amasius Aspasiae gratificaretur (Plut. Per. 25.), aeque nescit. Si vero orationum Periclearum

---

Anklage aber gegen beeinträchtigende Feinde. Similis definitio notionum III, 39 Num eiusmodi subtilitas ad rem quae agitur et ad personas apta videtur? II, 62: „Denn eine Anwandlung von prahlendem Stolze, inquit Pericles, findet sich auch wohl bei einem Feigen, wenn ihm eine unbesonnene Unternehmung geglückt ist; Verachtung aber nur bei dem der aus Gründen überzeugt ist, den Gegnern überlegen zu sein, wie dies bei uns statt findet. Denn bei gleichem Glücke verleiht die Einsicht wegen des Uebergewichts der Klugheit einen festeren Muth: sie verlässt sich weniger auf die Hoffnung, die ihre Macht in ungewissen Lagen zeigt, sondern auf Ueberlegung, die auf wirklichen Besitz sich gründet und einen sichern Blick in die Zukunft gewährt" Haec rhetorem et scholam magis quam concionatorem et forum decent Athenienses magis sophistae auditoribus orationes ut spectacula accipientibus quam viris de civitatis salute consultantibus similes esse licet ipse obiiciat (III, 38.), videtur tamen hoc vitium commune in nobilem virilitatis speciem correctum et excultum cum civibus communicasse. I, 120. „Denn wiewohl kluge Mässigung gebietet, wenn man nicht beleidigt wird, sich ruhig zu verhalten etc. usque ad finem locis communibus Corinthii inertes, socordes, fortuna bellica superbos exhortati pergunt: „denn niemand führt den Gedanken, den er mit Zuversicht gefasst, ebenso auch wirklich aus; vielmehr machen wir in sicherer Stimmung Plane, hinter denen wir bei der Ausführung furchtsam zurück bleiben" Est idem locus communis, quem paulo infra Pericli tribuit I 140. initio. I, 122. „Der Krieg geht keineswegs einen vorherbestimmten Gang, sondern entwickelt aus sich selbst Manches nach zufälligen Umständen." (Locus communis quem Pericles repetit 1,140.) Id quidem ad rem aptum dici potest; sed quorsum, quaeso, sequentia: „Wer mit gemässigtem Eifer sich dabei benimmt steht fester, wer aber mit Hitze handelt geräth dabei in eben dem Grade in Nachtheil?" Obiter haec adnotare liceat. Si locus I, 140. „Denn es ist möglich, dass die Fügungen des Zufalls einen eben so ungeschickten Gang nehmen, (ἀμαθῶς? χωρῆσαι) als die Gedanken der Menschen etc." accurate inspicitur, excusatio pestilentiae biennio post eruptae pellucet. Praeterea hoc quoque hic intelligas licet, quam alienus a declamatoriis criminationibus sit Plato regulae et legis philosophicae in iudicando Pericle usque tenax, qui Pericli pestilentiam illam, ac si Thucydides esset, ne verbo quidem imputaverit, atque totam silentio praeterierit. Quam fuse Aelius Aristides ad declamandum hoc loco abusus esset, si post Platonis iussa tale in civitate malum exstitisset!

naturam levi quavis mutatione mobilem, argumenta ex verbis peculiaribus dependentia et aliis apud Thucydidem oratoribus communia respicis et ipsorum librorum originem ansamque, ex quo scriptoris animo, quali mores peculiares delineandi inertia, quo annorum spatio intermedio, quali rerum negotiorumque circumstantia scripti et editi sint, de fide in Thucydidem historicum cumulata (de Thucydide politico hoc loco non agimus) aliquantum erit detrahendum. Pericle mortem obeunte Thucydides annum vicesimum fere quintum agebat. Si decem antecedentes anni praestantissimum regiminis Periclei tempus dicantur, hoc Thucydides cognoscere coeperat puer XV. annorum. Eo ipso spatio scholam Antiphontis rhetoris (de quo vide p. 44.) frequentasse narratur. Utcunque haec narratio se habet, certo animus edolescentis non Socraticae philosophiae et genuinae civili disciplinae sed rhetoricae Protagorae et Gorgiae simili operam dabat. Peculiari sua natura autem ad speciosam verborum et sententiarum densitatem compressionemque et ad praematuram illam virilis ingenii roborisque affectationem, quam Callicles apud Platonem profitetur (p. 57.), inclinabat. Error hic nulla dialecticae regula coercitus ex rhetorica disciplina nec minus ex ipso magistri Antiphontis ingenio (Thuc. VIII, 68.) haud parva ceperat incrementa. Praepostero hoc virilitatis ambitionisque studio flagrans quam primum in civitate Atheniensium honores petebat, eumque virum ut exemplar imitandum sibi proposuit, qui tum Athenis plurimum valebat. Periclem admirabatur, eius quam simillimum se fingere studebat: atque sic imaginem viri aemulatione admirationeque corruptam sua immaturum in animum impressit. Quae tum de Pericle sententia animo infixa fuerat, ea subrepsit intercessitque, quum historiam scribere incepit. Ex priori illa iuvenili experientia, quam sine examine totus partibus Pericleis deditus imbiberat, atque ex suo quatenus ad Periclis accedebat ingenio fingendum erat de viro ex conspectu praesentique memoria elapso iudicium. Qualem igitur virum civilem ab anno aetatis XV. usque ad XXV.

observaverat et aestimaverat, talem decennio post libris mandavit. Num fieri potuit, ut perniciosos Periclei regiminis fructus agnosceret, quaeque per peiores in annos succedentes Periclis imitatores male facta sunt in principem auctorem referret, quum necesse esset, ut admirator et aemulus vitia occaecato oculo aspiceret? Immo quo magis imperitiores et infeliciores illi Periclis aemuli fuerunt, eo magis ut egregius et excelsus Pericles Thucydidi videretur efficiebant. „*Denn die Erinnerungen der Menschen gestalten sich nach ihren Erlebnissen.*" (Thuc. II, 54.) Si fieri potuisset, ut qui Pericleam principatus obtinendi disciplinam sequebantur quo plures eo meliores succederent, sane Periclis memoria Thucydidi minus splenduisset. In hac re Kayssler verum vidit (p 29.)

Deinde inter nos constat, necesse esse cuiusvis historici iudicium cum honesto concordet. Thucydidis vero ingenium ab honesto rationeque ethica aversum est. Ignarus virtutis vere humanae, universorum hominum dignitati genuinae, summam metam hominibus proponit suae politicum notae esse: iustitiam et quod per se honestum est sequi non viri esse, sed hominis quidquam conari et audere lenti et pavidi, qui iustitiae titulum inertiae et socordiae praetendere studeat. (Thuc. II, 63. 64. p. 55.) Ignorat vitia per se turpia, facinora iniusta, summa putat quae in virilitatem peccata sunt, prudentiae suae civilis ignorantiam, ignaviam, incuriam (I, 122.) Hominem quemvis viro non excepto, quoties crudelis et immanis sit, toties contra iustitiam et humanitatem atque contra propria commoda peccare non perspectum habet, sed in politicam prudentiam tantummodo nonnunquam hic illic crudelitate peccari posse: quae autem crudelitas ex commodorum ratione politicorum profecta sit, eam vituperandam esse non in mentem venit. Qualem vero Pericles contra Samios sibi indulsit (Plut. Per. 26. 28.), talem ut rem nullius momenti silentio praetermittendam arbitratur (I, 116. 117.) Et quam humiliter et illiberaliter de natura humana sentit: neminem a vi et iniuste factis sibi temperaturum esse,

simulatque commoda sibi videantur; ab ipsa natura doctum esse quemque commodam iniuriam iustitiae incommodae praeferre (I, 76): erga pares viribus et potentia quidem recte servari aequitatem et iustitiam, quo tutus sis et augearis; contra impares vero et inferiores non esse, cur vis quaevis non tibi permittatur. De divino numine quo res humanae dirigantur nullum augurium, nulla suspicio.

Haec omnia iis respicienda proponimus, qui Thucydidem de Pericle iudicem solum legitimum quippe historicum confidenter prae se ferunt. Quum Periclem intuebatur suspiciebatque, nondum historicus erat et quum historicus esse coeperat, illam pueriliter iuveniliterque haustam sententiam neque animo exuere neque laudes Pericli tum tributas ex vera civilis disciplinae regula corrigere neque integre examinare ab ethica norma plane averso amplius licuit. Atque nunc quod inter Thucydidem et Platonem interfuit discrimen ita se habet, ut alter XXV annorum rhetor, XXX annorum philosophus alter de Pericle iudicaverit. Neque amplius obscura erunt, quae supra (p. 5. nota 1.) de nimis coaevo et propinquo spectatore scripsimus.

Iam vero accuratius videbimus, qua via accesserit, quibus causis se accinxerit ad historiam scribendam. Quum Herodoti laudes ex omnium ore decantatas a prima aetate historicam indolem sibi quoque insitam sentiens aemularetur, tempora quaesivit sibi et res, in quibus tractandis commode cum illo certare posset: et mirum, si interveniente bello Peloponnesiaco eam materiem iuvenili gloriae ardore et superandi Herodoti spe sibi arripuerit? Quapropter et ipsam rem suam maioris momenti et rationem historiae suae praestantiorem quam Herodoti tacite quidem sed manifeste iactat (I, 1. 23. 21. 22.) Sed huius ipsius belli cum mox res gerere liceret, neque minus ad res gerendas quam scribendas animus ferret, consentaneum erat, ut praesentem ex rebus gestis fructum futuro ex scriptis praeferret et scribendi propositum (I, 1.) postponeret. Ubi vero primum a rebus gerendis desistere coactus fuit, ad

scribendas reverteret necesse erat. Culpa amissae urbis Amphipolis et exilii vicenarii poena satis otii praebuit, ut ardor historiae scribendae exstinctus pene denuo inflammaretur. Neque praetermittendum, quod ipsa haec culpa magno fuit ad historiam componendam momento, quum otii explendi studio studium sui ipsius purgandi accederet. Famae mederi cupiebat a suspicione rerum apud Amphipolin et perfide et negligenter [1]) et imperite gestarum, quam ob rem et suam rei militaris imperatoriaeque prudentiam (e. gr. II, 20.) quavis occasione oblata ostentat; praeterea probare conatur se in hoc bello partes honestissimas secutum esse. Ergo nisi Athenienses Thucydidem ducem in exsilium misissent, Thucydidem historicum non adulterasset solum, sed e se prorsus expulisset Thucydides politicus, qui prudentiam suam civilem et bellicam potius in rostro et acie quam in libris exponere anteposuisset.

Amphipoli igitur urbe negligenter propugnata (Thuc. IV, 104–108) Thucydides ut mortis poenam effugeret, extorris agebat. In Thracia (et ut Kruegero placet in Peloponneso, Sicilia, Italia quoque) historiam belli scribendam curavit. Krueger nescio quem finem spectans eo magnopere tendit, ut libros non nisi a Thucydide Athenas reduce finito bello (a. 403—401) compositos credamus; [2]) et quam nos sequimur de libris iam intra exsilii spatium elaboratis sententiam licet a Plutarcho, Marcellino, Cicerone acceptam appellat: „*Eine Ansicht die schon an und für sich betrachtet, nichts weniger als wahrscheinlich ist.*“ p. 75. Argumenta, quibus probet ne verisimilem quidem esse desunt. Nobis autem, quanto iure verisimilis videatur ex antecedentibus patet. Quum enim historiam agere

---

[1]) „Αἰτίαν ἔσχε προδοσίας ἐκ βραδυτῆτός τε καὶ ὀλιγωρίας“ refert Scholiasta

2) Leb. d. Thuk. p. 68. „Die vorhandenen acht Bücher konnte er bequem im Laufe Eines (?) Jahres ausarbeiten, indem er den Stoff dazu wahrscheinlich meistentheils schon vorbereitet und reiflich durchdacht hatte“ (Sic ?!)

invitus cessabat, tum spectator invite otiosus actam scribere libenter incepit. Nititur etiam haec sententia exemplo Ciceronis [1]) qui suo scribendi studio causam subesse fatetur inviti otii explendi necessitatem. In patriam redux Thucydides quum ipse opus suum in publicum edere non ausus sit, tam propter imperfectam librorum rationem (imperfecti autem restabant quia redux antiquius habebat, res gerere quam scribere) quam quia partium aristocraticarum studio cives democraticos laedere timebat: [2]) post eius mortem demum Xenophon libros edendos curavit. Diogen. II, 59. de Xenophonte: *λέγεται δ᾽ ὅτι καὶ τὰ Θȣκυδίδου βιβλία λ α ν θ ά ν ο ν τ α* (prae timore celata) *ὑφελέσθαι δυνάμενος αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν.* Cf. Kruegerum l. l. p. 81: „*So müsste man annehmen, dass Xenophon erst nach der Schlacht bei Koronea* (a. 394. a. Chr.) *wie er schon zu Skillus lebte, das Werk des Th. herausgegeben, zugleich mit den beiden ersten Büchern seiner Hellenika. Zu dieser Verbindung konnte sich Xenophon um so eher veranlasst sehen, wenn er, wie man vermuthen darf, mit dem Werke des Thuk. auch die Vorarbeiten* (a Thucydidis haeredibus) *erhielt, welche dieser zur Fortsetzung desselben gesammelt hatte.*“

At in aperto est, inquies, aequus eius animus erga populum Atheniensem, in quem licet male tractatus (Thuc. V, 26.) nunquam tamen irae convicia evomuit. Unde nihil aliud colligendum putamus, quam Thucydidem non ita

---

1) De offic. II, 1. Primum enim ut stante republica facere solebamus in a g e n d o p l u s q u a m i n s c r i b e n d o o p e r a e p o n e r e m u s: deinde ipsis scriptis non ea quae nunc, sed actiones nostras mandaremus. Posteaquam honoribus inservire coepi meque totum reipublicae tradidi, tantum erat philosophiae loci, quantum superfuerat amicorum et reipublicae temporibus.

2) Libertatis suae in dies magis aemulos (*ἁπαλούς* p 60. nota 2) sine dubio laedere aptissimi loci fuerunt e. gr. II, 65. de Pericle: „So fand dem Namen nach eine Volksregierung, in der That aber die Herrschaft des ersten Mannes Statt (*ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή*).“ Adde adversariorum laudes, e gr. Brasidae, quem mirum in modum extollit. Causam vide p. 69 nota 2.

rusticum esse fingendum, qui sua commoda non sine aequitatis specie privatis consiliis polite dissimulatis persecutus sit. Neque minus in Caesaris de bello utroque commentariis aequus nitet animus: attamen Schneider („*Ueber Cäsars Charakter aus seinen Schriften*, *in der Philomathie*, *herausgegeben von L. Wachler. I. Band*“) monet, quam dubia sit ad scriptoris mores historiaeque scriptae integritatem inde argumentatio. [1]) Historia belli Peloponnesiaci in universum a Thucydide rerum gestarum ipso consorte ex altera tantum parte repraesentatur eorum commentatoriorum more, qui a viris politicis compositi Francogallis „memoires“ dicuntur. [2]) Historiam

---

1) p. 175. cf. p 178. „Ueberflüssig ist es zu beweisen, dass ein solcher (seine Sache als gerecht und sein Unternehmen für das Vaterland als heilsam darstellender) Eindruk seiner Schriften von Cäsar beabsichtigt und künstlich zubereitet, nicht aus dem eigenen Gefühle, welches ihn beim Schreiben erfüllte, noch aus einer Ueberzeugung, die wieder überzeugend ist, (quod in Thucydide quoque desideratur) herzu leiten sei.“ S. 183. „Cäsar wusste schon vorher, dass die Mehrheit der Senatoren gegen ihn sei; Pompejus hatte erst im vorigen Jahre als Consul zweideutige Schritte gethan; die Stimmung des Volks war jederzeit unsicher: Cäsar musste alle Mittel anwenden, die Provinzen und das Privilegium zu behaupten. Hiezu konnte die Verbreitung eines Werkes, wie das vom Gallischen Kriege allerdings beitragen. Die Berichte Cäsars an den Senat über die Feldzüge gegen die Helvetier, Germanen, Belgier hatten einen sehr günstigen Eindruck in Rom gemacht. Nun erschien die lange glänzende Reihe von Siegen, alle im Namen und zur Ehre des Römischen Volkes erfochten in dem einfachsten, gemässigsten Tone beschrieben — die Wirkung konnte nicht verfehlt werden.“ — Et si non iisdem causis, non contrariis tamen Thucydides ad suam historiam scribendam incitatus est. Efficere studuit, ut a partibus aristocraticis revocatio in patriam illi pararetur.

2) De Cimone affini suo tacet illicite, sed ut patet consulto. Causa quae erui amplius nequit, sine dubio talis fuit, qualem historico non facile concedimus. Deinde Brasidas Lacedaemoniorum dux studio amantiori extollitur: neque nos iniuria id fecisse Thucydidem dicimus, ita ut Brasidam virum bonum fortemque ducem fuisse negemus; sed suspicamur Thucydidem adversarii sui ingenium ex hac una causa in melius deformasse, ut sibi minus opprobrium esset tanto viro inferiorem evasisse (IV, 104—108.) Si quis illud προδοσίας iudicium (p 67. n. 1) urgere velit, Thucydides argui potest clandestini cum Brasida pacti, secundum quod Amphipolitis auxilium consulto retardatum sit.

ex alteris quoque partibus aeque ingeniose enarrantem si nobis antiquitas reliquisset, e. gr. de Pericle Thucydidem filium Milesiae: ex his duobus tum demum certam belli historiam construere liceret. Quid fieret, si revolutio Francogallica et, ut exemplum ad rem accommodetur, iste Mirabeau unum tantum testem etsi Thucydidis aequalem haberet? Et nonne similis est illorum temporum historia, si variorum testium indigentia respicitur.

Ex his omnibus colligatur hanc historiam tantopere celebratam non esse testis extra legitimae dubitationis tela positi, sed qui privata consilia, partium suarum studium studio veritatis conscius insciusve miscuerit. Qui hoc de Thucydide iudicium indignum putat, ex eo quaerimus, quo iure liberalius et honestius sibi postulet, qui ipse de natura humana illiberaliter et inhoneste iudicet. Secundum quam rationem et normam omnes homines agere ille existimat, secundum eandem ipsum egisse nos arbitramur.

Historicis a Platone Periclem defensuris haec ante omnia agenda sunt: I, Ut Plutarchi vocem (Per. 13.) in vita Periclis difficilem esse veri indagationem respiciant et firmiter teneant. Deinde ut sese interrogent, qualis vir Pericles inveniatur, si silentio Thucydidi imposito ceteri fontes e. gr. comici poetae (in Plutarchi vita Per.) respectis respiciendis audiantur. Abstrahant testem, qui contra exspectationem de Periclis rebus ante bellum gestis taceat, licet Themistoclem quoad belli causas minus pertinentem laudaverit: obliviscantur quaeso, quaecunque de Pericle magis ex laudatoris [1]) ore quam historici acceperint; ponderent integre, quae celebratus ille vir usque ad bellum exortum ut exoriretur gesserit; neque Boeckh

1) Egregiis virtutibus ut perpetuos comites vitia esse admixta eximia, lex est anthropologiae a quonam historico non adprobata? Concedamus virtutes Pericli eximias: ubi sunt, quae iis respondeant vitia? Thucydides nescit suspectum esse laudatorem, qui nunquam vituperat.

peritus, si quis unquam, ceterorum praeter Thucydidem testium inquisitor negligendus.

II. Videant, ne in Pericle aliud laudabile non sit praeter id quod privatae ambitionis studia cum publico splendore et potentia fecerit congruentia. Ut mali educatores et magistri ad suam ipsorum gloriam et ostentationem alumnos discipulosque splendidis scientiis, politis moribus imbuere possunt, qui tamen aeque ut ipsi, verae humanitatis expertes sunt: sic Pericles eorum numero adscribendus est, qui nulla alia causa in externo splendore, finibus prolatis civitatis magnitudinem ponunt, nisi quod ita ipsi honoribus opibusque maximis circumdantur. Quantumcunque deficiat civilis virtus, utcunque degenerent Athenienses, nil videlicet interest, dummodo Athenae amplae, potentes, divites exsistant. *Wachsmuth Hell. Alt. II.* 2. 361. *Gerechter Schätzung menschlicher Grossheit* (? en notionem indefinitam et variam! cf. p. 3.) *unwürdig ist die Ansicht, dass Perikles aus politischem Egoismus dem athenischen Kunstsinne die Fülle der Befriedigung bereitet habe; vielmehr war sein höchstes Ziel Athen gross (?) und gewaltig (?) und reich zu machen, damit es in Kunst und Wissenschaft prangen (!) und den übrigen Staaten hierin wie in Thatkräftigkeit (?) vorleuchten könne. Gerade in der Beförderung des Kunstsinns der Athener entsprach Perikles den Erwartungen und Wünschen am meisten, und dies war bei ihm nicht Vorschiebung eines Blendwerks hinter dem er gesucht hätte politischen Versteck zu spielen und zu Gunsten seiner Person im Trüben zu fischen.*" Sibi magis quam in patriae gratiam imperium affectasse documento est Plutarchi locus in vita Per. 37. Quas enim ipse tulit leges, ad se accommodari noluit, simulatque suo commodo obstabant. Cogito de lege: neminem esse Atheniensem nisi qui ex patre et matre Atheniensi natus sit, quam ipse tulit, et ipse ultimo ex legitimis filiis mortuo antiquavit, ut nothus ex Aspasia natus inter legitimos cives recipi familiamque propagare posset. Alio loco (cap. 30.) Plutarchus publi-

cam privati odii vindictam notat: (cap. 29. pertinacia qua Pericles contra Megarenses egit arguitur:) „*Im Hintergrunde, scheint es, lag nun wohl bei ihm auch persönlicher Widerwillen gegen die Megareer: doch als öffentliche Beschwerde kehrte er das gegen sie heraus, dass sie der heiligen Aue sich anmassen.*“ Ceterum genuina prudentia a Pericle aliena fuisse videtur. Neque enim profecto magnam viri prudentiam testatur ea via imperium affectare, qua aliquando securitas propriae civitatis periclitanda sit: non longe prospicientem futurique curiosam testatur sagacitatem de popularibus tyrannidem tot direptionibus, tanta violentia tenendam docere nulla ratione bellorum civilium et periculi inde exorituri habita: neque postremo magni est artificii Areopago subverso, direptis sociorum opibus civium genio indulgere auramque popularem captare, incuriosum autem esse, quae inde civium degeneratio, quae patriae pestis sequeretur? Pulchra et nobilis esse dicitur verae prudentiae palma, et quia pulchra, ardua. At ille vili pretio nomen prudentis vereque politici viri invenit. Quotus quisque enim iisdem subsidiis, eodem publicarum virium abusu, eadem contra socios iniustitia, eadem civium corruptione non ad idem imperium rempublicam seque ipsum extulisset? Tum demum Pericles admirandus fuisset, si principatum sibi, veramque securitatem et valetudinem civitati simul parasset, si neque imperio suo neque civibus ad veram humanitatem erudiendis defuisset. Eius generis doli malaque artificia, quibus Areopagum subvertit, et pecuniam publicam Delo Athenas sustulit, res sunt aeque parabiles atque illiberales. Deinde demonstrare debent Periclis laudatores, iniuria eum accusari, quod sua ipse ambitione seductus, in tale curriculum Athenienses seduxerit, quale non minus a democraticis reipublicae institutis quam ab Atheniensium ingenio abhorruerit. [1]) Non sanae erat civilis prudentiae

---

1) „Dass scheint gewiss: Perikles erkannte mit grosser Klarheit das Wesen und Streben der Athenäer, und handelte ganz im Geist

civitatem prorsus democraticam ad principatum et tyrannidem de tot dispersis et diversis populis stimulare: non sane erat artis politicae Athenienses, qui senatu populoque Romano collato ut pueri iuxta viros videntur, totius Graeciae expugnationem docere, ut mox Siciliam et Carthaginem expetere discerent. Populum magis artificem quam bellicosum, eundemque non duobus regibus vel consulibus sed multitudini inconstanti obedientem, expugnatoris partibus ornare vel potius onerare eadem est imprudentia, ac si pyramidem in apice constitutam et stabilitam esse velis. Naturam huius gentis plane aut non intellexit, qui expugnatricem et dominam aliarum gentium esse voluerit, aut intellexit quidem, [1]) sed suae magis ambitioni quam vero patriae commodo obsequutus est.

IV. Iam vero quum tam bona cum conscientia Atheniensium nomine de sociis tyrannidem affectaret, tam scienter omnia ad id unum referre contenderet, ut imperii summa penes ipsos esset: quidni adversarios praecipuos Lacedaemonios tum exstinguere conabatur, quum maximis opibus classeque validissima civitas florebat? Quid iuvabat inferiores a septentrione et oriente socios oppressos tenere, quamdiu hostis a meridie metuendus minitabatur? Satin putabat annua decem talentorum stipendia Spartam mittere, quibus Lacedaemoniorum ultionem retardaret? [2]) „At inhonesta videbatur oppressio foederatae gentis socio-

---

und Sinne dieser Erkenntniss; (?) dadurch gab er diesem Streben eine bestimmte Richtung und dadurch (?) gelang ihm, was weder der Weisheit noch der Tugend vor ihm gelungen war, (stulte et impie!) solch eine Reihe von Jahren Athen zu beherrschen (? !) Luden allgem Gesch. der Völk. und Staat. des Alterthums S 282. Jena 1819.

1) Id quidem bene intellexit, Athenienses esse populum artificem auramque popularem imprimis apparando artificiorum usufructu venalem. Quem fructum fabula Antigona poetae reddiderit, Sophoclis collega scite observavit.

2) Aristoph. nubes: „Wo hast du die Schuhe hingethan? Ich habe sie wie Perikles zu nöthigen Zwecken verbraucht.“ Cf. Plut. Per. 23. Male se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia Cic. de offic. II. 6.

rum, quibus magnam partem libertatis a Persis vindicatae debebant?“ Sed inferiores insulas subigere nulla ratione pudebat. Neque rem nimis difficilem fuisse in ditionem Lacedaemonios redigere, ipsae Periclis apud Thucydidem orationes docent. [1]) Sibi ipsi constare, sibi ipsi, quum maxime opus, non deesse summa lex est viri politici. Quemcunque ad finem pervenire cupit, vias ingredi necessarias non perhorrescat. Alea de Lacedaemoniis evertendis iacienda erat: non iacta est. Quam Lacedaemonis eversionem iusto tempore Pericles praetermittebat, eam triginta annis post Athenis inferre Lysander non dubitavit.

IV. Quis est, qui efficiat, Athenienses Pericle regnante tantum beatos fuisse quantum necesse est, ut iure celebrari queat. Quot civium vitae proiectae! Quot molestias subiere et perpessi sunt! quot continuo naves apparandae, quot remigum negotia suscipienda! Et ut quid assequantur? Tyrannidis de popularibus honorem, de popularibus tyrannidis, quae a popularibus [2]) infecta qualibet alia intolerabilior visa est, quia sub praetextu vindicandae a Persis libertatis infecta. [3]) Et quid inde? Perpetuo obsessi,

---

1) I. 141: „Dass wir aber hinsichtlich des Krieges und der beiderseitigen Hülfsmittel nicht der schwächere Theil sein werden, darüber lasst euch durch meinen Vortrag im Einzelnen belehren, et sqq. II, 65: So überwiegende Geisteskraft zeigte damals Perikles, indem er voraussah, durch welche Mittel sie über die Peloponnesier allein in dem Kriege sogar ganz leicht die Oberhand hätten behaupten können. Cf 1, 124. III, 32. IV, 54. 85. Kutzen „Pericles als Staatsmann“ consentit p 91. et alios plures eiusmodi locos notat.

2) „Wir haben als Hellenen über die grösste Zahl Hellenischer Staaten geherrscht, und die grössten Kriege gegen die Gesammtheit, wie gegen Einzelne, bestanden, und eine so grosse und in jeder Beziehung blühende Stadt gegründet.“ Thuc. II. 64. et ib. „Dass wir in diesem Augenblicke Gegenstand des Hasses und Unwillens sind, dies ist ein Loos, das Alle betroffen hat die je Einer über den Andern zu herrschen verlangten Wer aber um das Höchste (ἐπὶ μεγίστοις?) sich dem Neid aussetzt, der hat das Rechte erwählt (ὀρθῶς βουλεύεται).

3) Thucyd. III, 10: „Wir wurden nicht Bundesgenossen für die Athener zur Unterjochung der Hellenen, sondern für die Hellenen zur Befreiung von den Persern.“ et sqq.

circumventi, oppugnati a sociorum oppressorum nec minus Lacedaemoniorum invidia, coniurationibus seditionibusque semper minitabundis — eam vitam agebant quam Dionysius ille Syracusarum tyrannus, pessima quaeque a subditis metuentes, a quibus subditi pessima quaeque metuebant. Deerat aequus animus fortunae securitate certus, sine quo nulla vita beata: ne fortunae vestigio deiicerentur timor quotidianus aculeo quovis die recenti animos pungebat. Id caput est criminis, qnod foedam Atheniensibus necessitatem imposuit, qua obstricti in civitatum numero manere et servari non possent, nisi tam arduam, tam inconstantem, tam perniciosam tyrannidem urgerent. Athenienses esse cessabant tyranni esse cessantes. Omnem salutem et spem ex hac tyrannide pendere voluit, eo rempublicam reduxit, ut imperium illud fatale relinquere nequiret, nisi se ipsam relinquere vellet. Animos tam misere suspensos num quisquam beatos fuisse persuadebit? Boeckh. Staatsh. II. p. 159: „*Rechnet man die grossen Geister ab, die in der Tiefe ihres Gemüths eine Welt einschliessend sich selbst genug waren, so erkennt man, dass die Menge der Liebe und des Trostes entbehrte, die eine reinere Religion in die Herzen der Menschen gegossen hat. Die Hellenen waren im Glanze der Kunst und in der Blüthe der Freiheit unglücklicher, als die meisten glauben, sie trugen den Keim des Unterganges in sich selbst, und der Baum musste umgehauen werden (Philipp von Macedonien), als er faul geworden.*“

IV. Denique respondeant historici vero bono honestoque secundum Schlosseri [1]) rationem postposito, quid tum

---

1) Locis p 7. ann. 1. descriptis addo hunc: Univ Uebers. I, 2. p. 302. ubi non sine tacito applausu refert: „Die folgende etwas längere Stelle scheint uns wichtig für die Athenische Verwaltung und die Art, wie die ernsthaftesten Dinge Belustigung und Zeitvertreib wurden, und wie das, was dem Leben an Moralität und Ordnung abging durch die Freude der Bewegung (?), welche man um sich sah und das Gefühl, dass man morgen auch eine Rolle spielen könne, ersetzt ward.“

anteponant viro civili civitatique sequendum? Cui quid acclamandum esse censent? Num „vivat civitas, pereat iustitia?“ Quae acclamatio eo magis sane videtur detestabilis, quo minus timendum est civitatem esse perituram, si clament „vivat iustitia, pereat civitas!“ Quid, quaeso, valeat civitas iustitia abstracta? cuius est pretii vero bono honestoque vacua? Quis tandem iustum honestumque colet, si civitatis princeps colendum negligit, qui ad hoc summa adiutus est facilitate, neque ullo in amplectenda virtute praepeditur obstaculo, qui neque fame neque paupertatis pudore neque tyranni iussu ad iniustitiam urgetur? Quis tandem verum bonum propugnabit, nisi is faciat, qui summa ad id perficiendum ornatus est potentia? Estne virtus, est iustitia non nisi pauperum solatium, inopum decus? An fortasse eum finem civitati propositum esse putant, ut cives cibis quam delicatissimis et maxime variis corpora saginent, tabulis pictis, sonis cantibusque dulcissimis et spectaculis, in quibus exquisitas ceterarum artium delicias conflatas habeant, animos pascant, ut postremo τοῖς θείοις prorsus neglectis τοῖς ἀνθρωπίνοις ἀγαθοῖς (Plato de legg. 631. c.) omnino perfruiti corpora pinguiora, animos expletiores tumulo mandent quam sine civitatis ope fieret? Eam vitae civili summam putant, ut ambitioni satisfiat, et maxime feliciterque ambitiosi principes exsistant? Iam Sophocles Pericli aequalis monet Antig. 370: ὑψίπολις ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι, (*„Selbst auf der Höhe des Staates ist staatlos, wem nicht das Gute beiwohnt.“ Böckh.)* Et Fridericum II. Borussiae regem novissimis imperii annis in primarium ministrum esse invectum legimus: *„Herr schaff' Er mir Religion ins Land, oder scheer' Er sich zum Teufel!“*

Jedes Urtheil über geschichtliche Erscheinungen, das in unserem Jahrhundert und bei uns Deutschen nicht als ein Vorurtheil oder Afterurtheil erscheinen soll, muss

eine sittlich-religiöse und religiös-sittliche Grundlage haben. Dieses sittlich-religiösen Geistes entbehrt erstens das sozunennende ä s t h e t i s c h - d r a m a t i s c h e Urtheil, dessen Vertreter und Sprecher Freude haben an der Bewegung im staatlichen Leben, weil sie Bewegung, Wohlgefallen an der Thatkräftigkeit der Könige und Staatsmänner, weil sie Thatkräftigkeit, Hymnen der Bewunderung für politischen Glanz und Grösse, weil es Glanz und Grösse ist, und dabei nicht fragen nach Recht und Sittlichkeit, nicht nach innerem Werthe, nicht nach wahrem Menschenwohl. Sie preisen Männer wie Napoleon und nennen sie nicht ohne Andacht und Kultus Titanen, welche die Geschichte über jede moralische Kritik erheben und stets vergöttern wird, deren schreiende Gewaltthaten an der Menschheit, Plünderung der Waisenhaüser, Mord und Ungerechtigkeit jeder Art ihnen nicht Verbrechen, höchstens politische Missgriffe heissen, weil es ihnen als Grundsatz feststeht, dass kein Unterschied eines guten und bösen Willen zu machen, dass der Wille nur nach seiner Kraft oder Unkraft zu beurtheilen sei, also ein urkräftiger eiserner Wille a l l e s a d e l e. Dann und wann setzen sie in einer Anwandlung von Laune das Böse als amüsante chronique scandaleuse dem Gelächter der Gleichgültigkeit aus, jedoch ohne dagegen eigentlich zu eifern, weil ihre frivole Toleranz eben weiter keinen grossen Unterschied zwischen dem Guten und dem Bösen finden kann. Das Gute behandeln sie ebenso indolent ohne Ernst und Religion, ja mäkeln noch an dem Ruhme sittlicher Mässigung, wie sie die Mässigkeit eine h a ü s l i c h e Tugend nennen und an den Mässigkeitsvereinen aussetzen, dass sie den Handel nicht fördern. Lobend tadeln sie die Idee eines Heinrich des Vierten und legen sie denen zum Trotz, welche sie für eine unerlässliche Vernunftforderung halten, als einen g u t m ü t h i g e n E i n f a l l ad acta. Sie lehren die Macht der Unvernunft, der Verkehrtheit, der Willkühr und die

Ohnmacht der Vernunft, der Ordnung, des Rechts. [1] *Sie nennen das Christenthum Cynismus, das System der politischen Passivität, finden es rührend, wie es die Unterthanen geduldig mache gegen Fürstenwillkühr und Despotenlaune und halten Humanität und reinen Menschenadel für Bürger- und Haustugend, die unmöglich Sache des Staatsmannes sein könne noch irgend Jemandes, der eine Rolle spielen wolle; ein solcher habe vielmehr nichts besseres zu thun, als sich sobald als möglich von aller Ueberlieferung sittlicher und religiöser Ideen loszumachen, um vor dem Teufel das Knie zu beugen und die Reiche der Welt zu empfangen. Denn Religiosität und moralisches Gewissen, was sei es im Grunde doch anders als eine gewisse Empfindlichkeit und Reizbarkeit des Gemüths und der Gemüthlichen die ebensowenig das Zeichen eines*

---

1) Sie schämen sich nicht die Verwirklichung des Vernunftrechts für unmöglich auszugeben und zu glauben es sei die Bestimmung der Staaten ewig in einem rechtslosen Naturzustande gegen einander zu bleiben; jeden Versuch die öffentliche Meinung der Völker und Fürsten für die Nothwendigkeit eines Rechtszustandes auch der Staaten gegen einander zu stimmen, sehrecken sie mit dem Prädikat einer Chimäre zurück So lange aber die Geschichtschreiber solche Ideen lächerlich machen und überhaupt unveraüsserliche Vernunftforderungen Chimären nennen, so lange werden Fürsten, denen an ihrem Nachruhm und dem Urtheil der Geschichte etwas gelegen ist, sich hüten solche Ideen zu hegen und zu pflegen und mehr noch an ihrer Verwirklichung mit Ernst und Ausdauer zu arbeiten. Denn was haben sie davon? Müssen sie nicht fürchten von den Geschichtschreibern unter die gutmüthigen Traümer versetzt zu werden? Mögen sie nur fortfahren die Geschichtschreiber einer dem andern als ausgemacht zu überliefern „schöne Traüme, nur Schade, sie werden immer Traüme bleiben!“ mögen sie nur fortfahren die Unveränderlichkeit und Unverbesserlichkeit der menschlichen Natur als ein Resultat der Geschichte zu predigen: („Einen Nutzen hat doch die Kenntniss der Geschichte, sie gewährt nämlich die Ueberzeugung, dass alles Reden, Schreiben, Thun nichts hilft gegen die Verkehrtheiten der Welt, welche alle Tage neu auferstehen, selbst wenn man sie vernichtet zu haben meint“) und sie werden die Schuld auf sich nehmen müssen, Fürsten und Machthaber zur Trägheit und Tyrannei verführt und aufgefordert, die Schuld auf sich nehmen müssen, die Verwirklichung jener unabweislichen Vernunftforderungen durch ihre Herabsetzung der menschlichen Natur, durch ihren Unglauben an die starke Seite derselben gehemmt zu haben.

starken Geistes als die Empfindlichkeit und Reizbarkeit der Nerven das Zeichen eines starken Körpers sein könne? Sie lobpreisen ferner die sogenannten Epochen der Kunst in der Geschichte denen zum Trotz, die es beklagen, dass das Kunstschöne in Marmor und Stein sich auf den Ruinen des Kunstschönen erhebt, dessen Stoff und Gegenstand Menschenseelen und Menschengeister sind; sie preisen die Industrie, wodurch ein bequemeres Sinnenleben erzielt, Gewerbe und Künste, wodurch Dampfschiffe und Eisenbahnen, Flotten und Armeen gefördert werden, als etwas an sich werthes, und lachen über den guten Schwärmer, der allen diesen Dingen nur insofern einen Werth beilegt, als sie von Sittlichkeit und Religion ausgegangen zur Sittlichkeit und Religion zurükführen. Das ist die Geschichte in welcher bis zu der Höhe, auf der ihre grossen Männer stehen, die Moral nicht hinauf, geschweige darüber hinaus reicht, in welcher die Freiheit von jedem sittlichen Gesetz unter der Gestalt der „Politik" die Rolle des Schicksals spielt; kurz die Geschichte des praktischen Atheismus, in der nur menschliche Willkühr, kein göttliches Gesetz herrscht. („Die Politik ist das Schicksal" sprach Napoleon der Titane, und das Schicksal schmiedete den Titanen an die Felsen von Helena.)

Der zweite Gegensatz gegen das rechte und gerechte Urtheil bildet die Ansicht derjenigen, welche, will Jemand einem Staatsmanne ein verderbliches System zurechnen, erwiedern: „es war durch ein unveränderliches Naturgesetz geboten, es hat sich alles so natürlich gemacht." Die Männer dieses Urtheils betrachten die Geschichte wie ein organisches Gewächs, das dem Gesetz des Nichtanderseinkönnens unterworfen ist, nach welcher Ansicht ein Staat, ein grosser Mann, eine grosse Begebenheit entsteht, keimt, wächst, blüht, sinkt, verfällt wie eine Pflanze, ohne eben anders zu können, als gerade so zu entstehen, zu wachsen, zu blühen, zu fallen und zu verfallen, wo dann ohne Inconsequenz von Freiheit und

Verantwortlichkeit, von Verdienst und Schuld keine Rede sein kann, weil ja keine Handlung von sich selbst anfängt, jede nothwendige Folge einer vorhergehenden und nothwendige Ursache einer folgenden wird, weil fast wie im Brettspiel oder Rechnenexempel alles nach einem festen Gesetze ablaüft und das Vorhergehende das Folgende nothwendig macht, weil alles von einem über alle Erkenntniss und Macht hinaus gerückten Anfange abhängt, von dem nichts weiter zu sagen, an dem nichts weiter zu ändern ist, kurz weil das System, das man früher „Verkettung der Begebenheiten" nannte und jetzt mit dem milderen Namen „organische Entwickelung" bezeichnet dem consequenten Geschichtsforscher nichts anderes übrig lässt, als das Böse und Zerstörende in der Menschenwelt mit dem Gemüthe zu betrachten, mit welchem der Naturforscher das Gift in der Thier- und Pflanzenwelt betrachtet. Das ist die Geschichte, in der lauter Natur und kein Gott ist, die Geschichte des theoretischen Atheismus.

Aus diesen seinen Gegensätzen erkenne man vorlaüfig das ächte historische, das sittlich-religiöse und religiös-sittliche Urtheil, von dem es sich übrigens von selbst versteht, dass es weder ein historisch-unrichtiges und unkritisches noch ein unästhetisches, cynisches und ebenso wenig ein politisch-excentrisches sein darf.

Absoluta inquisitione, quid Plato de Pericle iudicarit normam philosophicam secutus, appendicis loco quaeramus, quaenam causa cur ita iudicarit in peculiari ipsius animo et ingenio sita fuerit: quae termino technico subiectiva, illa obiectiva appellatur.

Si quis Gorgiae locum [1]) *οὔκ εἰμι πολιτικῶν* non tam Socratis quam Platonis confessionem esse dixerit, recte is

---

1) P. 474. a: „O Polos ich bin kein Staatsmann. Ja zu Jahre als es mich traf im Rath zu sitzen, und der Stamm den Vorsitz hatte,

quidem: sin hinc colligendum exsistimat, ex invidia Platonem contra Periclem declamasse, quia principatus in civitate occupandi se ipsum cupidum quidem aeque ac Pericles senserit, indole vero et facultate ad hoc necessaria plane inferiorem, is haud recte suspicatus erit. Contrarium enim alio loco eiusdem Gorgiae profitetur (p. 521:) „*Ich glaube, dass ich selb einigen andern wenigen Athenern, damit ich nicht sage ganz allein, mich der wahren Staatskunst befleissige, und die Staatssachen betreibe ganz allein heut zu Tage.*“ En duorum locorum repugnantiam, quam tollere nostra eo magis interest, quo magis Periclem virum civilem a viro civili iudicatum fuisse contendimus, minime vero ab eo, qui ne ipse quidem talem se censuerit. Eam vero non aliter tollemus, nisi intimo Platonis animo perspecto patefactisque eius vitae penetralibus: res sane difficilis et divinatione egena, quum scripta Platonis ut omnium illius aevi Graecorum internam animorum historiam passim celare magis obliviscantur, quam aperte indicent. Confessiones Sullanae, Augustinianae, Russonianae apud veteres Graecos non moris erant, immo ne epistolae Ciceronianae quidem, quibus de occulto animi sui habitu ipse scriptor certiores nos faceret. In Platonem igitur divinatoria rerum praeteritarum ars adhibenda.

Duplex studiorum genus animum Platonis distrahebat: alterum ambitionis, reipublicae gerendae gloriaeque adipiscendae, (homo erat, humani nil ab eo alienum puto: Platon. ep. VI. aliis VII. ab initio, Schlossero interprete p. 120.) philosophiae colendae alterum. Utrumque suam propriam vitae rationem cum altera insociabilem inire iubebat. Quo animo Aristoteles illud αἰσχρὸν Ξενοκράτην ἐᾶν λέγειν exclamavit, eodem nec non fervi-

---

und ich die Stimmen einsammeln sollte, bereitete ich mir Gelächter weil ich gar nicht verstand die Stimmen zu sammeln. Also muthe mir auch jetzt nicht an Stimmen zu sammeln von den Anwesenden.“ (v. p. 20. 21.)

diori animo Plato αἰσχρὸν τοιούτους (Callicles, Polos) ἐᾶν πολιτεύεσθαι. Quem appetitum simulatque sequi sibi proponebat, efficax illa surgebat natura philosophica omnemque sibi operam dicatam voluit. Dialectico acumine suo quantamcumque beatitudinem expleta imperandi cupido praebeat penetravit, atque quod Sulla, Diocletianus ipsa demum experientia docti persuasum habuere, iam adolescens praesensione illa divinis ingeniis propria suspicabatur, ita ut crederet, quod non vidit. Quibus sacrificiis, qua temporis, virium, divitiarum impensa aura illa popularis veniret, quot et quantis blanditiis a vero suae melioris naturae cultu desciscere cogentibus [1]) de civibus vili pensis principatus constaret, aurificis statera perpendebat: non operae pretium videbatur eiusmodi dominatio, et tum exclamabat: non sum virorum civilium, nimirum ex Poli Calliclisque genere. [2]) Sic in utramque partem distrahebatur. Ad summos honores evehi ut aquila in montes cupiebat, sed viam non nisi philosophia muniente: philosophia colenda erat, sed ita ut culturae huius fructus honores et imperia essent. Eo quo tum erat civitas statu copulari utrumque non potuit. Verae scientiae desiderio tenebatur, tanta operationis philosophicae gaudia iam expertus erat, ut intimo deo insuper ad philosophiam agitante, ab hac deficere non posset. [3]) Ex altera vero

1) Gorg. 513. b: „Denn nicht sein Nachahmer musst du sein, sondern schon von Natur (αὐτοφυῶς) ihm ähnlich, wenn du etwas ordentliches erlangen willst in der Freundschaft des Athenischen Volkes.“

2) Gorgias 510. d. p. 23. descriptus. Politicus alicubi: „Der Weise wird nur diejenigen Staatsgeschäfte annehmen, die ihn besser machen, diejenigen aber fliehen, welche die guten Grundsätze seiner Seele stören.“

3) Se ipsum certo iis adnumerat, „die unter diesen wenigen kosten und gekostet haben, was für eine süsse und herrliche Sache sie (die Philosophie) ist.“ Polit pag. 496. et ead. pag. „Von dem meinigen lohnt es nicht zu reden dem göttlichen Zeichen (τὸ δαιμόνιον σημεῖον) mag es nun sonst schon einem andern oder auch noch keinem zuvor geworden sein.“

parte ad reipublicae administrandae negotia animus ferebat, non solum, ut administratae fructibus et praemiis ornaretur, sed quia patebat, ipsi regendum esse ne ab aliis iisque deterioribus regeretur, simulque intelligebat multo difficilius esse illorum imperium a se defendere, quam iis ipsum imperare. Incudem esse, meliorem regi a deterioribus turpe et illiberale putabat: [1]) regere nullo alio pacto licebat, nisi inhonestissimis adulationibus, fallaciis, odiosis rabularum artibus, quarum aeque ignarus atque impotens fuit. Quid faceret? Utriusque studii controversia (ἀνταγονισμός) animum eius suspensum et perturbatum effecit. Certum consilium capi debebat, ne in hac fluctuatione animus periret. Ut autem certum consilium caperet animumque fluctuantem sedaret, non nisi dialectica inquisitione de optimo vitae genere instituta literisque mandata effici posse persuasum habebat. [2]) Hinc illa de finibus bonorum quaestio: num scientia mera summum bonum? an voluptas? quid scientia? quid voluptas? (Philebus, Theaetetus;) quantum scientia, voluptas quantum conferat ad vitam beatam? (Philebus, Gorgias;) quantum conferant commoda ex capessenda republica percepta? (Theaeteti episodium, Gorgias;) quid iuvet tyrannis, quid iniustum imperium? (Gorgias;) quas

---

1) Polit. p 489: „Es liegt nicht in der Natur, dass der Steuermann die Schiffsleute bitten solle sich von ihm regieren zu lassen, noch dass die Weisen vor die Thüren der Reichen gehen; vielmehr ist das Wahre von der Sache, dass, mag nun ein Reicher krank sein oder ein Armer, er vor des Arztes Thüre gehen muss, und so jeder, der beherrscht zu werden bedarf, zu dem der zu herrschen versteht, nicht aber, dass dieser die zu beherrschenden bitte sich beherrschen zu lassen, wenn er nemlich in Wahrheit etwas taugt.“

2) Gorg. 513. a. p. 23. descriptus. Cum Platone hic iuste comparari potest Spinoza Ethic. V. propos. III. „Affectus qui passio est, desinit esse passio, simulatque eius claram et distinctam formamus ideam.“ Sed magis etiam conferenda praefatio in librum de emendatione intellectus, ubi similiter de eligendo optimo vitae genere deliberat Spinoza. Qui iuvenis philosophiae vere studiosus cum totius libri tum eius praefationis lectione sine damno carere potest?

quaestiones singulas in unam contexunt, contextas absolvunt decem Politiae libri, quorum summa: „beata vita constat iustitia, iustitia autem est τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, suum agere, verum suum commodum curare." Tantam et talem sibi operam Plato imperavit! Num Pericles ab hoc iudice in se ipsum tam strenuo absolvi potuit?

Politia elaborata, quid sibi agendum esset, ut alterutris et philosophiae et rerum civilium studiis satisfaceret, sane perspectum habuit, atque itinera in Siciliam ad instituendum Dionysium suscepta docent, quem sibi campum elegerit: principum tyrannorumque [1]) magister et philosophiae et reipublicae et sibi satisfaciebat. Atque quum civitatis ipsius principem esse non contigisset, principatu in doctrina de civitate carere noluit. Clara eius vox, quae regibus philosophandum aut philosophis regnandum praecipit, non duplicium modo studiorum repugnantiam sed eorum in Platonica civitate reconciliationem testatur.

Haec erat peculiaris philosophi natura, secundum quam ei adolescenti non propositum fuit matura aetate et deliberatione uno impetu praecisa magis quam exacta [2]) ex arbitrio secum statuere quodnam vitae genus eligendum esset, aut quale Themistoclis et Periclis aut quale Pythagorae [3]) et Socratis fuit, ut integrum vitae civilis

---

1) de Legg. p. 709. c: „Welche Umstände (τυχαί) wünscht sich also ein Gesetzgeber? i. e. philosophus. Ein junger Tyrann, mit herrlichen Geistesgaben, von Natur mässig, (σώφρων) ist es, unter dem eine Stadt so geschwind als möglich in die Verfassung kommen wird, worin sie auf immer höchst glückselig sein soll." Wachsmuth hell. Alt. II. 2 S. 467: „Jene Fürstenbildung ist das Nachbild der pythagoreischen Aristokratenbildung: Wissen und Tugend sollten einer zu schöpferischem Walten und zum Einwirken auf die Menge berufenen Persönlichkeit eingebildet werden, und durch diese ins Volksleben ausströmen" Quam indignam cavillationem Plato ab Aelio Aristide in libro pag. 6. nominato propter itinera in Siciliam facta patitur!

2) Qualis est illius iuvenis in Gorgia: v. locum p. 23. descriptum.

3) Pythagoram vitam cum ludis Olympicis et spectatores legitimos cum philosophis comparasse Cicero narrat.

curriculum aut philosophi partes integras conficeret: secundum quam potius propositum fuit, inquirendo quaenam vitae ratio optabilior, inque certo consilio elucubrando vitam consumere. Gravissimam hanc dubitationem, ad quam unam tollendam totius vitae octogenarium spatium non nimis longum erat, cum in suos usus tum posteritatis gratia generisque humani nomine movit et explicavit. Postremo temperandae illi controversiae ad philosophiam dialecticam irritatrici immortalia quibus hodieque gaudemus opera debentur. Phaedrus, Protagoras, Gorgias, Theaetetus, Philebus et prae ceteris Politia cuius cum decimo libro manus iungit Phaedo fructus sunt illius inter vitam theoreticam et practicam certaminis, in quo intimo certamine peculiare Platonis ingenium constat. Aristoteles discipulus Platone annum iam quadragesimum agente natus de prima aetate incertus esse consilii desivit, vitamque theoreticam sine ulla dubitatione reliquis aliis esse anteponendam edoctus philosophiae se totum dedit, ita ut ex hac parte Aristotelem quoque Platoni debeamus. Atque qui a Platone philosophis vindicati sunt regum educandorum honores epistola illa honorificentissima Aristoteli delati sunt: atque profecto quaeri potest, num Philippi filius sine hoc magistro Alexander factus esset.

Non huius quidem est scriptionis latius explicare, qua ratione ex illo antagonismo, quo Platonis animus inter philosophiae et politicae curam distrahebatur, laudata scripta profecta sint: attamen locum appendicis habeat enucleatio eius cohaerentiae prae ceteris incredibilioris, qua Phaedonis de animorum immortalitate quaestiones, etiam in Phaedro, Gorgia (p. 522—527), Politia (p. 614—621) motae, cum illa controversia connexae sint. Ex Gorgia et Politia p. 360—362 patet sententia: satius esse pessimum quodque corpore quam minimum animo malum perpeti, satius esse honoribus quibuslibet publicis quam privato iustitiae decore carere, satius esse privata vita bene latere quam

publica animo cum male sano splendere. Concedit igitur philosophus non sine corporis detrimento (Gorgias 473. c.) aliorumque malorum accessione iusto esse licere tam philosopho (exemplo fuit Socrates) quam cuique homini, et iustitiam et philosophiam rem esse non paucarum molestiarum et calamitatum. Atque ad has perferendas quid fortius incitaret, quam plene beatae aut plene miserae post mortem vitae exspectatio? Etenim profecto saepius occurrit Platoni dubitatio haec: „tu, postpositis quaecunque multitudini bona dicuntur, philosophiam, iustitiam unam sequeris. Contingetne autem, ut metam propositam persequaris, fructumque assequaris? Quid? si aut a civibus malignis aut morbis immeritis aut aliis casibus praematuram mortem obire et medio ad metam curriculo abripi fato tibi constitutum est? Quid tum iuvat irritus labor, interrupta ad philosophiam et beatam vitam contentio non levibus negotiis ardua?“ Tum Platoni intimo animo exorta est vitae post mortem continuandae certitudo et necessitas praemiorum poenarumque, quae vitae iam actae respondeant. Quo factum est, ut non solum Gorgias et Politia [1]), licet politici dialogi, sub finem animorum post mortem conditionem tractent, sed singulari dialogo Phaedone in immortalitatem acerrime inquirat. Nec amplius dubium est, quantum ad id quod delegit vitae genus firmiter tenendum Phaedonis, Gorgiae et Politiae (locis notatis) fecerit elucubratio.

1) Gorg. p. 522: „Denn mit vielen Vergehungen die Seele angefüllt in die Unterwelt zu kommen, ist unter allen Uebeln das ärgste.“ Et p. 526. c: „Erblickt er (Rhadamanthys) aber bisweilen eine andere Seele, die heilig und in der Wahrheit gelebt hat, eines eingezogenen Mannes, oder sonst eines, vornemlich wie ich wenigstens meine eines Philosophen, der in sich selbst gelebt, und nicht viel aüsserlich getrieben hat, so freut er sich und sendet sie nach den Inseln der Seligen.“ Polit. p. 614—621. Quid hi loci ad revelandum peculiare Platonis ingenium conferant, lector benevole nunc ipse colligas.

V I T A.

Τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; Paulus ad Cor. I. 4, 7.

Paulus Ogienski pater cum matre **Francisca** e gente **Engelbrecht** fundum prope Ratiboriam tenuit, unde septem liberorum familiam, me maximum natu cum fratre et quinque sororibus, alebat. Ipse anno 1832 quinquagenarius et ut familiae superstiti et praecipue mihi studiorum consilio 1834 mutato videbatur praematurus obiit. Ego Ratiboriae natus sum die XXI. Martii 1813. Postquam literarum rudimenta in schola Altendorfiensi domiciiio nostro proxima iam a quinto anno posui, praematura cum grammaticae latinae institutione tum aliis scientiis prorsus extra pueri sexennis captum positis vexatus magis sum quam humaniter doctus a discipulo quodam gymnasii Ratiboriensis, quem a rectore Lingio commendatum pater in domum suam recepit. Octavo anno nondum expleto ipsum illud gymnasium frequentare coeperam et per novem annos continuabam. Ceteris praeceptoribus multum debeo, plus **Schmidtio** gymnasii Ziziensis (Zeitz) nunc conrectori, eximia suavitate et religiosa in iudicandis discipulorum meritis iustitia praeceptori, quo autem per unum solum et dimidium annum uti licuit. Nec minus **Heide** de me bene meritus est, qui praeceptor religionum sanctitatumque moderator ad fidem numinisque cultum liberalem informavit. Plurimum autem debeo **Haenischio** nunc gymnasii rectori et **Muellero** ibidem prorectori (eidem, qui egregiorum librorum „*Geschichte der Theorie der*

Kunst bei den Alten" auctor est) quos aeque per totam vitam pio animo colam. Alter ad historiae, ad philosophiae studia alter pectus incendit viva semina uterque spargens. Hodie quoque memini dierum illarum, quibus miro historiae almae spiritu afflatus e scholis historicis domum redierim; hodie quoque memini illius diei Saturni et illius horae antemeridianae, qua **Mueller** in Platonis Phaedone immortalitatis argumenta interpretans sententiarum consequentiam et profunditatem mira facilitate patefecit, summoque philosophandi ardore puerum quindecim annorum affecit. Tum iam quid affectus sit philosophicus expertus sum: *damals ging mir eine neue Welt auf.* — Anno 1830 mense Aprili testimonio primae notae in literarum universitatem dimissus non statim illuc abii, sed ad valetudinem confirmandam atque studia ex arbitrio continuanda semestre domi otium consumsi, quo factum est, ut mihi praeter varia philologica studia Herderi „*Ideen zur Geschichte der Philosophie der Menschheit*" et Goethii „*Wilhelm Meisters Lehrjahre*" ad finem usque quam accuratissime perlegere et pro virili parte intelligere licuerit. Uterque liber nec non Mureti de sui ipsius cognitione oratio ad philosophiae praecipue partem ethicam et psychologicam advertit. Inter scriptiones ante examen ad literarum universitatem abituris elaborandas imperata fuit nobis latina, quae circa quaestionem hanc versabatur: num eloquentia nostro quoque tempore aeque ac veteribus colenda sit? Quam quaestionem ita affirmavi, ut statuerem: „eloquentiam esse virtutem, itaque pietatis atque officii esse colere eloquentiam:" quorum verborum intelligentiam brutam et praesensam magis tunc tenui quam pleno sensu patefactam et perspectam. Tunc maxime eiusmodi librum desideravi, qui disciplinam rhetoricam non veterum more sed ita describeret, ut eam tanquam ethicae disciplinae partem tractaret, eius partes ex uno principio deduceret et lectorem scitum in inveniendo argumento rhetorico vere adiuvaret. Frustra Ciceronis de oratore libros deque inventione et partitione oratoria, frustra Fuellebornii rhetoricam

pervolutavi. Septem annis post demum forte obviam mihi fit eiusmodi liber, qui tunc (1830) maxime necessarius fuit: „*die Beredsamkeit eine Tugend oder Grundlinien einer systematischen Rhetorik von* Dr. *Franz Theremin; zweite verbesserte Auflage* 1837.“ Utinam fortuna propitia hunc librum iam anno 1814 primo editum in manus tum tradidisset, quum maxime eiusmodi doctrinam sitiebam. Quam fortunae intermissionem et ut videtur maximam iniuriam non mihi patiendam fuisse nunc re bene considerata censeo, si tunc libros mihi desideratos prudentius quaesivissem, quos certo invenissem, si id quod vellem et quo egerem distinctius et studiosius mecum reputassem. Profecto habent sua fata libelli, lectores sua habent. Nunc de rhetorica haec stat sententia a Novali iam 1798 in Schlegelii Athenaeo II, p. 35. pronunciata: „*Es giebt eine materiale, enthusiastische Rhetorik, die unendlich weit erhaben ist über den sophistischen Missbrauch der Philosophie*, (cuius vitii Thucydides arguendus supra p. 53—60) *die deklamatorische Stilübung, die angewandte Poesie, die improvisirte Politik, welche man mit demselben Namen zu bezeichnen pflegt. Ihre Bestimmung ist, die Philosophie praktisch zu realisiren und die praktische Unphilosophie und Antiphilosophie nicht blos dialectisch zu besiegen, sondern real zu vernichten. Rousseau und Fichte verbieten auch denen, die nicht glauben wo sie nicht sehen, dies Ideal für chimärisch zu halten.*“ Contra Goethii sententia longe inferior leviusque excogitata: „*Die Mathematik ist, wie die Dialektik, ein Organ des innern höhern Sinnes, in der Ausübung ist sie eine Kunst wie die Beredsamkeit. Für beide hat nichts Werth als die Form; der Gehalt ist ihnen gleichgültig. Ob die Mathematik Pfennige oder Guineen berechne, die Rhetorik Wahres oder Falsches vertheidige, ist beiden vollkommen gleich.*“ *Goethe's Werke* 22. *Band S.* 258. *Stuttgart und Tübingen* 1829. Quam sententiam utpote impiam et inanem iam 1830 reprobatam habui, licet tum alioquin

summam fidem et religionem auctori exhibuerim. Mense Octobri 1830 a. cl. **Wachlero** t. t. rectore magnifico civibus huius Academiae adscriptus ad theologiae catholicae castra nomen dedi, atque ibi per tres annos et dimidium perseveravi partibus huius disciplinae philosophicis et historicis imprimis deditus: quod mihi in seminarium theologicum exegeticum et historicum recepto mea de λόγῳ Ioanneo scriptione 1833 praemio ornata regio ipse theologorum ordo catholicorum reverendissimus testatus est. Eodem anno in morbum incidi gravissimum, typhum cerebralem, quo vitae periculo medicus experientissimus **Polko**, quem grato animo commotus nomino, me liberavit studiisque reddidit. Tum vero iam dudum per continuatam rhetoricae illius indagationem ad philosophiae campos traductus adque philosophiam penitius cognoscendam irrevocabili animo inclinatus anno 1834 curriculum theologicum reliqui me totum philosophiae daturus, quantumque et pietas erga matrem et res familiaris patrefamilias orba et per quadriennium theologicum exhausta dissuasit. A Platone incipiens qui ab anno 1828 nunquam mihi prorsus e manibus exciderat, hucusque huic philosopho praecipuam impendi operam, eamque non irritam fuisse libellus de civili Platonis disciplina 1836 praemio affectus regio fidem facit. Paulo post in ipsa hac Musarum urbe in amplam domum ad instituendos tres pueros vocatus sum, quo factum est, ut studiis propositis paedagogica opera me non invito accederet. Restat, ut viros clarissimos, quorum institutione academica per septem annos usus sum, pio animo eaque qua par est observantia, simplicibus verbis atque veris laudibus efferam.

Ritter, vir s. r. prudentissimo acumine historiae ecclesiasticae praecepta ad vitae usum accomodavit, cuius et humanitatem privatim expertus grata memoria recolo.

Berg, vir s. r. perspicuam et moderatam in praelectionibus dogmaticis et ethicis rationem suam talem comprobavit, qualem nunquam obliviscar. Have pia anima!

Baltzer vir s. r. in rebus dogmaticis mentem inferiorem nobis „*Verstand*“ dictam rationi superiori subiiciendam esse primus admonuit. — Neque gratus animus deest theologis s. rr. evangelici ordinis, ex quibus **Schulz, Daniel** a **Coelln, Middeldorpf, Knobel,** vv. s. rr. in disciplina exegetica admodum me adiuverunt: **Bernstein,** vir s. r. in grammaticam arabicam me introduxit.

Transeo ad viros amplissimos philosophorum ordinis, cui postremo adscriptus fui. **1. Ambrosch,** v. cl. oculatus Italiae et Romae testis, historiam Romanam tradidit, ratione artificiorum habita Virgilium interpretatus est et Graecorum numinum exemplaria Museique archaeologici statuas ornate illustravit. **2. Branissii,** v. cl. ex praelectionibus potissimum perspexi, quid systema sit et quare systematica philosophiae forma necessaria: deinde ad doctorem actione insignem id refero, quod animum ad libertatis vim et theoretice et practice, ut loquuntur, qua praelectionibus praefuit ἐνεϱγείᾳ, advertit. **3. Elvenich,** v. cl. disciplinam moralem et psychologiam exemplis perspicuam docuit, et in disputationibus philosophicis syllogisticam philosophandi formam commendavit. **4. Frankenheim,** v. cl. astronomiam magna solertia et casta a poeticis praeiudiciis naturae observatione tradidit. **5. Fischer,** v. cl. in chemiam organicam eximia suavitate introduxit. **6. Gravenhorst,** v. cl. in facetis de historia naturali praelectionibus ut multa philosophiae naturalis placita mihi explicaverim et comprobaverim effecit. **7. Hoffmannum** v. cl. propter copiosam eruditionem atque philologica et poetica studia in patria re literaria magni facio. **8. Kutzen** v. cl. diligentissimus fontium in historia graeca perscrutator, non solum in publicis praelectionibus ad ea quae certo facta sint imprimis eruenda informavit, et privatissimis disputationibus ad fontes religiose observandos assuevit. Deinde non solum, qua humanitate et urbanitate me semper acceperit vir strenuo historiae studio insignis,

sed etiam singulari loco mihi profitendum est, quantum me in componenda hac scriptione adiuverint mox praelectiones, quibus Periclis et Alcibiadis orationes a Thucydide compositas interpretatus est, mox liber eius: „*Pericles als Staatsmann während der gefahrvollsten Zeit seines Wirkens*,“ qui conquirenda iam diligentissime conquisita suppeditavit. **9. Otto,** v. cl. anatomiae paululum studiosum in theatro anatomico benigne excepit, atque suam historiae foetus et sectionis forensis traditionem argumento et actione valde exoptatam mihi reddidit. Neque minores gratias habeo **10. Purkinje,** v. cl. qui experientissima physiologiae tractatione plurimum mihi profuit. **11. Passovii,** v. cl. elegans in explicandis scriptoribus et in critica tradenda eruditio ipso mortuo viva haeret in memoria. **12. Pohl,** v. cl. physica numinis divini plena et experimentis exactissimis et promtissimis ornata optime instituit me philosophiae studiosum. **13. Ritschl,** v. cl. empiricam rerum philologicarum conglomerationem formicarum more factam reprobans ad normam philosophicam disciplinas philologicas conformandas eleganter docuit. **14. Rohovski,** v. cl. cum propter eam, qua erga me fuerit, singularem benevolentiam, tum ideo mihi publice privatimque celebrandus, quod multo studio brevissimam monstraverit viam, qua inferiorem illam philosophandi rationem, quam dicunt reflexivam *(Reflexions-Standpunkt)*, superarem. **15. Schneideri,** v. cl. acumen vere Lessingianum quo in disciplinis philologicis Platonis praecipue scripta publice explicat, admirabar, atque privatis cum viro humanissimo colloquiis expertus sum, quantum in recentioribus quoque philosophis eius ingenium valeat. Documento vir est doctrina vere liberali clarus, in quantae certitudinis dignitatem philologicae literae extolli possint. **16.** In philosophicam generis humani historiam, quam iam ex Herdero cognovi cognitamque non sine studio amplexus sum, ulterius introduxit **Schoen,** v. cl. atque doctrina eius civilis sententiarum gravitate non minus quam orationis luminibus distincta in Platonicae politiae studiis

saepe me sublevavit. **17. Steffens**, v. cl. ore facundo tradidit doctrinam de peculiari et sacrosancta cuiusvis hominis natura (*von der Persönlichkeit des Menschen*) vera ad beatam vitam duce, quam intimo animo receptam foveo et alo. **18. Stenzel**, v. cl. quomodo psychologia et anthropologia in historiae studiis adhibenda sit, exempla edidit perspicua. Deinde urbana est v. cl. facilitas, qua ex inquirendarum rerum singularium laboribus generalium sententiarum fructus auditoribus offert. **19. Thilonem**, v. cl. propter mentis perspicuitatem et animum tam nobilissimis affectibus quam moderatione plenum colo et amo: atque id prae ceteris ad ipsum refero, quod dux rectissimus mihi fuerit, quomodo philosophia in vitam quotidianam intexenda sit, atque qua ratione educatio fiat philosophica et philosophia educatrix: quod egregiis docuit exemplis. Neque hic mihi celandum, quantum ad melius perspiciendam et aestimandam Platonis civilem disciplinam, de qua unum ante annum erat scribendum, mihi contulerint eius libri „*der Staat*" atque „*was ist Verfassung*." **20. Wachler**, vir aetate et eruditione gravissimus quanta reverentia et religione historia tractanda sit, gravissima sua actione ipse rem comprobans mihi non invito persuasit. — En scientiam et eruditionem meam ad elementa sua et alimenta revocatam et relatam.

His omnibus autem viris doctissimis et humanissimis pro variis publicae disciplinae ac privatae humanitatis liberalitatisque beneficiis, ut ingenium fert, simpliciter et sincere sine ulla exquisitorum verborum compositione gratias quam maximas habeo neque unquam habere desinam. Deus autem optimus maximus faxit, ut verae scientiae semina a tot praeclaris doctoribus sparsa et in praesenti et futuro tempore fructus consequantur laetissimi.

Sententiae ad disputandum propositae.

I. Beatitudo summa est in philosophia κατηγορία. Neque aliter concinnius Deum animo repraesentare possumus, nisi omnis beatitudinis fontem et summam eum repraesentamus.

II. Non in ditionem philosophiae se det theologia christiana sed in concordiam et amicitiam postulamus.

III. Qui humanam rationem mentemque a divina alienam esse statuunt divinaeque opponunt, ii videant quid inde sequatur.

IV. Non recte dicunt, in fidei articulo: „credo in unum Deum" religionem christianam consentire cum aliis quoque religionibus.

V. Qui evangelium κατὰ Ματθαῖον composuit, ingenio fuisse dialectico sentio.

VI. Nullum est crimen quo Schellingii doctrinam afficiunt, ad illam amplectendam eum qui aliter sentiat nulla demonstratione cogi.

VII. Quod ethicum est, idem et logicum, atque quo minus ethicum, eo minus logicum.

VIII. Rhetorica a disciplina ethica separari non debet.

IX. Affectus tantum discrepant a perturbationibus quantum bonum a malo.

X. Quodcunque semel in memoria vere fuit, non ita elabi potest, ut omnino et in perpetuum irrevocabile sit.

XI. Ad munus suum recte perficiendum necesse est, ut historicus exemplar naturae humanae quam perfectissimum animo effinxerit.

XII. Thucydides, belli peloponnesiaci scriptor, in tres personas diligenter distinguendus est: in virum civilem, in ducem bellicum, in historicum.

XIII. In Platonis Gorgia 483. e: *οὗτοι κατὰ φύσιν [τὴν τοῦ δικαίου] ταῦτα πράττουσι* emendandum ita propono: *οὗτοι κατὰ δίκαιον τὸ τῆς φύσεως ταῦτα πράττουσιν.*

XIV. Tempestivus germanicae, francogallicae, anglicae linguae usus in latinis nostratium scriptionibus vetari non debet.